Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

66641

SILENTIVM POST CLAMORES,

HOC EST,

TRACTATVS APOLOGETICVS, QVO

causæ non solùm clamorum seu Reuelationum FRATERNITATIS Germanicæ de R. C. sed & Silentii, seu non editæ ad singulorum vota responsionis, vnà cum malevolorum refutatione, traduntur & demonstrantur, scriptus

Authore MICHAELE MAIERO *Imperialis Consistorij Comite, Eq. Ex. Phil. & Med. D.*

Francof. Apud LVCAM IENNIS.

M. DC. XVII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

EPIGRAMMA AVTHORIS.

INdorum Brachmana cohors celeberrima,
Adſe doctrinæ traxit amore ſuæ: (multos
Quorum de numero ſocialiiure receptus
Mirifica poſtquam doctus ab arte foret:
Fœderis è phiala ſacrata ſilentia iurans,
Tantalus in dextra quam tulit, ipſe bibit.
Sic etenim ſecreta tegi res tanta poposcit,
Ne prodat tacitam garrula lingua fidem.
Scilicet in vulgum fertur ſparſiſſe Deorum
Tantalus arcanis facta tacenda modis:
Inde ſiti premitur mediis circumdatus vndis,
Illius & nequeant poma leuare famem.
Hinc ſibi iure cauet Germani ſanguinis ordo,
Ne ſacra det canibus dona, roſaſue ſui.
Dogmata cum fuerint ex mente profecta fideli,
Credere quæ fidi non voluere viri;
Tuta tenet poſthac (velut antè) ſilentia, ne quis
Hoc Phantaſma canat, fictitioſq; dolos:
Ingrati mala mens capiat ſe præmia digna,
Et ſit pro meritis gloria cuique ſuis.

PRAE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

PRÆFATIO
ad lectorem.

THALVS quidam, Europæ à Ioue præfectus æreis pedibus, tantâ celeritate præstitisse fingitur, vt Cretam indies ter circumire legumque tabulas per oppida (quæ centum numero fuisse perhibentur) portare potuerit: Huic, lector ingenite, permultis non absimilis videtur illa, quæ nunc in ore omnium esset, Fraternitas R. C. Eam enim Cretizare non solùm existimant, sed etiam tabulas, non legum, sed nugarum plenas, per Europam de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

ferre affirmant: Hinc tot in eam Calumniæ & viperinæ linguæ exercentur, quib. pro deceptoribus Ixionibus seu monstrorum, dum cum nube insanæ opinionis, vice Iunonis, Diuitiarum deæ, coiuerint, parentibus infelicissimis, & Autolycis, qui proxima Parnasso loca furtis infestârint, habentur & proclamantur: Sed illi iudicio, meâ sententiâ, vtuntur nimis calido & calido, dum nodū, q̄ aiunt, in scirpo quærunt, ac cornicum oculos figunt, facinore non minori, quā si sexagenarios de ponte deturbarent: Ab his enim nihil, quod veritati contrarium, statuitur, nihil, quod bonis moribus aduersum, asseritur: Astipulantur ipsis æquitas, ratio, experientia anti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

antiquiſſimorum, ordo & concinnitas rerum & circumſtantiæ omnes, quas veritati, non falſitati, militare conſtat: Nec verò poſſibile eſt, vt Fucus natiuo colori vero ſimilior aut vitiũ decẽtius virtute, aut rumuſculi populares oculorum teſtimonio veraciores inueniantur: Quod ſi contingeret, nec rationi, nec ſenſibus ſanis, quicquam fidendũ foret, ſed cum Pyrrhonijs & Academicis nouis, omnia in dubiũ vertenda: Satis feciſſe mihi ſuo propoſito videntur, quicunque duo illa ſcripta, Famæ & confeſſionis ediderint, & nullâ cenſoriâ virgulâ (quam nec agnoſcũt, ſed ad authores ſuos remittunt) digni: Sed quia ita mores hominum atque hæc ætas ferunt, ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

ledicos silentio suo potius ad quietem & saniorem mentem (vt Medici phreniticos) reducere conantur, quam responsionibus longioribus, quas sine dubio veridicas adferre possent, irritare ad affectum à bile augendum: Interim, etsi nostro patrocinio aut officio non indigeant, nec ego quid ab illis, nisi beneuolentiam, quam bonis boni vltrò offerunt, expectem, tamen intermittere non potui, quin pro veritate calculum non nigellum iacerem, ne illa potius literam quoque Theta scribere ignorantium liuore oppressa, quam rectè sentientium candore absoluta videretur: Permultos enim esse illi cerdoni, qui Analphabetarius Aristidem optimè de

mè de Repub. meritum nec de facie agnitum vnà cum cæteris ideò damnauit, quia nimis iuſtus eſſet, in hoc cenſu ſimiles, non eſt dubium: Sed hos ad ligones & aratra, non ad literas & tribunalia deſtinatos vt nouimus, ſic relegamus, ac te, Candide lector, ex eorum numero exemptum Deo commendamus.

Vale.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

INDEX SINGVLORVM CAPITVM Hvius Tractatus.

CAP. I.

NAturæ latebras non adeò esse exhaustas vt omnia eius arcana innotuerint, sed plura latere, quam sciri, nempe quæ veracia sint &, vt effectus, de causa sua attestentur.

CAP. II.

Naturæ arcana inprimis esse eiusmodi, qualia Fraternitas Germanica confessa est.

CAP. III.

Ex arcanis Fraternitatis Germanicæ R. C. esse, Medicinam Vniuersalem, Donum Dei post sui agnitionem, præcipuum.

CAP. IV.

Esse talem Medicinam in Natura absconditam ex demonstrationibus patet.

Fuisse

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Cap. V.

Fuisse antiquitùs apud alias gentes Fraternitates seu Collegia Philosophica, quæ naturæ arcana & hanc Medicinam vnicè fouerint, & quasi per manus, multis seculis, successoribus, ex omni Philosophorum numero selectis, reliquerint, notorium est.

Cap. VI.

Vnde non absurdum videri possit, esse & nunc aliquam societatem, præsertim cum se scriptis & factis aperuerit.

Cap. VII.

Si igitur Fraternitas Germanica inde à multis annis, velut ipsa testatur, hùc vsq; durarit, ad Dei honorem & hominum vtilitatem spectauit, si aliquando manifestaretur, pro vt factum est hoc nostro tempore.

Cap. VIII.

Si societas Germanica patefacienda fuit, non aliter potuit aut debuit manifestari, quam factū est duob. illis scriptis, Famæ & Confessionis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Cap. IX.

Quod nihil in libris iis contineatur, quod aduersum sit Rationi, Naturæ, Experientiæ aut possibilitati rei.

Cap. X.

Quod rectè à Fraternitate dicta quamplurimi vocentur paucissimi eligantur, consideratis causis.

Cap. XI.

Ægyptiorum numina, Sigalion seu Harpocrates altaribus vnà cum Sphyngibus admota fuere, quæ silentium denotarunt, quod & Pythagoricis quinquennale fuit: & à dicta Fraternitate R. C. obseruatur, ne arcana Naturæ vulgo prostituantur.

Cap. XII.

Cum verò rationem habuerint, Mundo se aliquatenus patefaciendi ac doctiorum iudicia explorandi, pòst causa ipsis præbita fuit, cur aliquamdiu silentio se obtegerent, & paroxysmum primum patientia vincerent ac tolerarent.

Multi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Cap. XIII.

Multipliciter enim accepta est istorum manifestatio per famam & confessionem: cum alii totum hoc negotium pro Phanthasmate mundano & delyrio monstroso proclament: Atq; hi sic iudicãtes vel sunt omniũ Rerũ rudes & ignari, vel ex inuidia aut insciti Chymiæ aduersantes, vel ex philautia nimia sibi omne scibile usscribentes: vbi respondetur primis seu ignaris.

Cap. XIV.

Responsio ad Chymiæ aduersarios hoc nomine directa.

Cap. XV.

Responsio ad supercilios doctrina & amore sui præumidos.

Cap. XVI.

Alii, Nigromantiæ & superstitioni omni ascribunt, quibus respondetur.

Cap. XVII.

Quamplurimi nec Chemiæ veritatem nec Fraternitatis integritatem negantes cum sese non dignari tanto sodalitio animaduertant, animum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

nimum desponden̄t, & causas calumniarū inueniunt, quas in eam effundunt; quibus respondetur.

Cap. XVIII.

Quidam eandem ob causam Fraternitati Epistolas mittunt, quib. se vel recipi in eorum numerum vel ægros curari vel visitari certo loco aut ad postulata sibi responderi exoptant, quod cum non fiat, En alia porta ad calumnias aperta est.

Cap. XIX.

Sunt & alii deceptorio animo præditi, qui Fraternitatis prætextu pro aucupio pecunia vtuntur, dum sese esse ex illo ordine iactant atq; hinc dolos, imò & maleficia sua perpetrāt, qui tandem deceptores, fures aut latrones inuenti pœnis sc dignis afficiantur.

Cap. XX.

Quidam aliis dolis suo intenti lucro vtuntur, quibus quoque respondetur.

SI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

SILENTII POST CLAMORES,

HOC EST,

TRACTATVS APOLOGETICI

CAPVT I.

Naturæ latebras non adeo esse exhaustas, vt omnia eius arcana innotuerint, sed plura latere quam sciri, nempe quæ veracia sint, & vt effectus, de causa sua attestentur.

NATVRA, quæ per quatuor Elementorum, cœlique orbes, hoc est vniuersum, diffusa regnat, quot species rerum produxit ex Summi Creatoris nutu, tot abditas suorum myste-

rio-

riorum latebras agnoscit, in quibus quic-
qd à vulgari oculo remotũ aut manu in-
tactum voluit, abscondit, non vt auari &
inuidi solent, ex vitij stimulo, sed vt lentis
& ignauis ad virtutem calcar adderet, nẽ-
pe quærendi, quæ abstrusa, in precio ha-
bendi, quæ inuenta, occultandi, quæ pre-
ciosa forent: Vt enim quæ ante pedes pa-
tent, plerumque ingrata, nisi raritate
condîta sint, ita quæ in abdito latent, ac-
cepta, esse solent nisi frequẽtiâ increbue-
rint, non semper respectu essentiarum
cuiusque rei, sed animorum quoque in-
constantiâ & nouitatis appetitu: Pluri-
ma in centro terræ delitescunt, aut in
montium cauernis, Oceani, maris aut
fluuiorum littore ac fundo sepulta, quæ
magni æstimantur precij, cum sint in-
uentu rariora, si verò arenæ instar habe-
rentur numero eiusdem cum arenâ cen-
sus essent: Sed Philosophi est, non hæc
solum rimari, quæ vulgo appetuntur, ve-
rum & illa, imò potius, quæ in aliis natu-
ræ speciebus occultata sunt, siue hæ sint
ad oculum communes, siue non: Quis
vnquam hominis naturam, hoc est, tam
animi, quam corporis bona & dona satis
inda-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

ndagauit, quibus per tot ſecula occupa-
i anatomici & medici ſemper noua in-
enta parui illius Mundi adferunt adeò,
t vix vnquam ſatis, quo ad corpus de-
cribi hùc vſque potuerit? Ne de motibus
nimi, ac ipsâ rationali animâ hic quid
licam, an non hæc plæraque, quamuis
præſentia ſint, in obſcuro quaſi ſpecu &
enebroſo carcere latere putantur? Hy-
perphyſica enim, quæ hùc ſpectant, tanta
unt ignorantiæ nube circum velata, vt
vix quicquam de illorum cauſis & ratio-
ibus Philoſophis innotuerit: Reliqua
naturæ opera, eius ſunt varietatis, vt nu-
nero careant difficultatis, vt indagatio-
ne non appareant: Quod cum ſapientiſ-
imus ille, etiam Oraculi iudicio habitus,
Socrates animaduerterit, nihil ſe ſcire,
profitebatur, niſi hoc vnum, quod nihil
ſciret; Vt enim terræ huius, quam palpa-
mus, magnitudo reſpectu humani cor-
poris, ingens eſt, ratione cæli, quaſi nulla-
ta hominis eruditiſſimi ſcientia, ſi com-
paretur cum tota natura, quaſi nihil eſt, ſi
cum inerudito vulgo, non parui momen-
i: Vnde facilè coniicere poſſumus, lon-
gè plura in naturæ abſconditis theſauris

late.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

latere, quam ab hominibus reuerà cognita sint: Nec vero quisquam existimet, omnia celata reuelanda fore, aut eoùsq; progressum fieri cum artibus & scientijs, vt nihil adinueniri possit amplius, quod naturæ munus sit, at putet Naturæ circulos rotudos ita sibi esse connexos, vt alius alium teneat instar cathenæ, quæ, dum mundus erit, non terminabitur: Naturalia sunt Corpora, quæ stipantur in hoc orbe, extra quæ nil maximopere consideratione dignum occurrit, nisi sint penitus spiritualia & diuina: Ars vt naturæ subiecta vsurpat, ita vestigia obseruat & in multis imitatur, imò ñnunq; ã aberrantem corrigit & sui officij oblitum admonet, nihil noui creans aut introducens in mundum; quamuis grato mangonio ex duobus aut pluribus naturalibus, tertium non rarò producat, naturale, nescio, an artificiale dicendum: Ex naturalium obseruatione ars genita est, Methodo obstetrice & Ratione matre; Quod si itaq; artis finis, naturæ ñ correspondeat, illa spurio conceptu nata videtur, nec genuina, hoc est, oportet Theoremata artium & scientiarum operibus naturæ con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

congruere, & in nullo ab illis discrepare: Exempli gratia, Cælestia illa lumina, Sol & Luna à natura reguntur & mouentur ordinarijs motibus ita, vt si cum centro terræ eorum centra in directâ lineâ aliquando veniãt, vel Solis vel Lunę Ecclypsis contingat pro luminum coniunctionis vel oppositionis ratione; Ars motus eorum indagat, quos si veros inuenerit, verum quoque tempus illorum obscurationis scire poterit: Vnde cum Ecclypses prædicantur omnes, patet & motus Cælestes ab arte, cum natura conuenientes, esse inuestigatos: Similiter si ars auri & argenti veram materiam & formam, vnà cum efficiente indagauit, easque causas coniungere, vt Philosophi testantur, nouit; opus quoque verum naturale producet; quod cum productum multis artificibus appareat, certissimum est, artis speculationem cum naturæ opere paribus passibus ambulare, & congruere. Ad eũdem modum vtinam cum medicina & cæteris artibus comparatum esset, (de scientiis enim meis nullum relinquitur dubium) tum principia suo fini & effectus causæ semper congruerent & testi-

A mo-

monium perh berent, quod nunc rariſſimè fieri, in multis obſeruatum eſt: Hæc itaq; vera naturæ eſt per artem inueſtigatio, cui naturæ op⁹ atteſtatur; Nec dolendum eſt cum Platone, Theoriæ ſolùm dedito, Geometriam à cogitatione & rebus incorporeis ad ea, quæ ſenſibus perciperentur, accomodatam ab Eudoxo Gnidio & eius præceptore Archyta Tarentino, quorum hic, columbâ volatili per artem factâ, ſuæ artis inſigne experimentum dedit, ille primus Geometriæ rationes, difficileſque demonſtrationes per ſenſum & inſtrumentorum exempla demonſtrauit; ſed gra⁹ â potius mente agnoſcendum, fructum poſt flore⁹ apparuiſſe & filiam de matre, hoc eſt practicã de Theoria, teſtatam fuiſſe: Si ſecus fiat, artes non ſunt artes, ſed Sophiſticæ non abſimiles, quas Lullius non Entia vocat, dum his, vtpote imaginatiuis ſeu ſaltem poſitiuis, hominum mentes & memorias adeò prægrauari affirmat, vt veris & realibus vix locum percipiendis præbeant.

* * *

CA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

CAPVT SECVNDVM.

Naturæ arcana inprimis esse eiusmodi, qualia Fraternitas Germanica confessa est.

QVNT equidem in rebus naturalibus potentię seu proprietates, quæ in oculos aut sensum non occurrunt, nisi Experientiâ manifestentur, veluti apertissimè magnete apparet, cuius virtus gemina ad polum mundi vel ei locum proximũ, conuertendi ac ferrum ad sese attrahẽdi, nulli hominum innotuisset, nisi se facto ipso ostendisset: Sola enim ratio etiam perspicacissimi eam præscire aut indicare non potuit, quamuis de inuentâ iudicare optimè nouerit: Ab experientia itaque artes repertæ certissimi effectus deprehenduntur, si à ratione co adiuuãtæ perfectæ sint: si à sola ratione proficiscuntur, aut imaginatione, plerumque, licet ad speciem pulchræ, tamen fructu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

inanes creduntur : Cum enim tanta sit varietas humanæ speculationis, rariſſimè ab Experientia illa ſuffragii calculum accipit, quæ eſt cauſa vanitatis multarũ artium ab hominum ingenio introductarum. Pro exemplo ſit aruſpicina & augurandi ars & quæ à ſolius fortunę depẽdent mutatione: Quamuis autem ab initio vera artium axiomata reperta ſint, & præceptis ſeu regulis, ad finem certum ducentibus, inſtructa, tamen non rarò contingit, vt ſucceſſu temporũ & ingeniorum varietate in abuſum aut depravatum ſenſum perueniant aut detorqueantur, qui à natura longiſſimè abſint nec vnquam proprietatibus, in eius gremio latentibus, conueniat; Vnde eiuſmodi artes vix vnquam fine præfixo, niſi caſu fortuito, potiuntur : Veluti enim aurum in ſua natura homogeneum & purum putum, vſu continuo heterogeneas fæces acquirit, quibus obfuſcatur & à ſua naturali ſplendore impeditur, ſic & ſcientiæ per ſe quidem puræ & axiomatis ſuis accomodatæ ſunt, finique correſpondent, at luxuria animorum eas legentium vel uſurpantium, hoc eſt, pro

ſuo

uo captu interpretantium, contamină-
ur & ab ingenuitate ad fucos, seu à veri-
ate ad Sophisticen declinant : Huic
alo vt obuiam eatur & volventibus se-
ulis resistatur, Deus Opt. Max. ex admi-
anda sua benignitate excitat restaura-
ores & criticos artium, qui, vt docima-
tæ metalla perfecta ab imperfectis per
cineritium cupellę mundant & segregăt
erum à falso discernant ad Experientię
& Rationis cum ea consentientis b lan-
cem , ne bonum cum malo reiiciatur,
aut malum cum bono in vsum veniat, iu-
diciumque perturbet: Tales omni æuo
n artibus & omnib. facultatibus eluxe-
runt, veluti in Theologica, & Medicina
patrum ętate, in Astronomia & multis ali-
is scientiis, nostra exhibuit: Inter quos
eminentissimum sibi vendicant locum
illi, qui Germanici sanguinis Ordinem
dicuntur instituisse R.C Hi enim scien-
tiarum, quas nouerunt, certa axiomata
ex ipsa natura se deprehendisse, testan-
tur, iuxta quæ ad quarumlibet finem
præcepta dirigi oportet, vt sic Harmonia
omnium & singularum artium scientia-
rumque inueniri non solum, sed & cu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

iuſcunque per ſe finis inueſtigari & obtineri poſſit. Quod Plato de concordia bonorum & conſenſu mentium pronũciauit, non eo magis Heſperum aut Luciferum lucere, id meritò de huiusmodi artium ſymphonia ſeu naturali complexu, dicendum opinor: Quid enim hoc ad veritatem earum demonſtrandam accomodatius? quid ad vtilitatem hominum conuenientius? quid ad neceſſitatẽ præclarius? Per has muti magiſtri loquũtur & ſe inuicem intelligunt: Per has Natura receſſus ſui gremij occultos aperit & ſolis dignis oſtendit: Per eaſdem ſe palpandam & videndam præbet mater filijs, hoc eſt, Natura ſeipſam ſibi, aut vt homo (qui naturæ operum non duntaxat pars ſed & compendioſa vniuerſitatis Idea eſt) ſeſe noſcat & contempletur, ad quẽ finem conditus, huic mundo impoſitus, atque hinc in aliam vitam migraturus ſit. Gratiam itaque non minimam debemus huius naturalis ſcientiæ indagatoribus, quicunque illi ſint, aut quocunque loco ſeſe tectos & tutos voluerint, non conuiti, calumnias aut infamiam, quę ſunt beluæ multicipitis, vulgi braveia,

quibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

quibus ornat virtuti mancipatos atque
inc laboribus immensis se suumque ge-
nium defraudantes, aliorum vt succur-
ant necessitati: Hæc sunt lumina can-
delabri mundi imposita, vt inseruiendo
lijs absumantur, quæ si liuore desidum
extingui sinemus, parum aberit, quo mi-
ius tenebris cęcutientes succumbamus,
ut ad supinam Cyclopum ignorantiam,
quæ beluinæ proxima est vitæ, reuerta-
nur. Sunt autem dictorum societatis R.
C. philosophorum arcana, quatenus no-
mine saltèm innotuerunt, huiusmodi vt
quilibet à philoso hia vera non alienus
ut pr mis eius tincturæ rudimentis im-
butus, ad illorum meram suæ rationis te-
a dirigere meritò debeat, vt quæ ignota
ipsi sint, investiget, quę nota, poliat,
quæ polita ad vsum propri-
um adhibeat.

***

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

CAPVT TERTIVM.

Ex arcanis Fraternitatis Germanicæ R. C. esse Medicinam vniuersalem, Donum Dei post sui agnitionem, præcipuum.

ARCANORVM nomine, ne tamen quis existimet compræhendi cuiusque inuenta siue phantasmata, quæ nec in natura, nec Experientia locum inueniunt, nos solùm intelligimus occulta potentialis naturæ opera, quæ in actũ naturalib. medijs deduci possunt; à quibus magica, negromantica, diabolica & somnia ab hominibus excogitata, quæ nec caput nec caudam habẽt, hoc est, quæ nulla naturę impressa insignia ostendunt, secludim⁹ & relegamus: Quę enim natura, veluti mater, non produxit, illorum nouerca agnoscitur, nec ijs suæ beneuolentiæ munera impertit; non lac aut nutrimentum præbet, vnde nec successus aut incremẽti ratio vlla, tanquã in peregrinis suppositiis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

tiis fætib. naturæ nutu apparebit: Pluri-
næ Polij dædala ars seu humana curiosi-
as inuenit, quæ natura nõ admittit: Nec
erò fas est, hãc illã imitari, sed contrà, cũ
Natura Domina, Ars ancilla sit, & hæc il-
æ subijciatur potestati; quãuis nec domi-
na fidelia ancillę monita & seruitia auer-
etur: Societatẽ Germanicã cognouimus
trãque & dominã & ancillã suo hospitio
ecepisse, & cuiq; suũ honorẽ destinasse,
hoc est, naturã nõ sine arte, nec hanc sine
lla tractasse, sed Praxin Theoriæ & actũ
potentiæ coniunxisse: Quomodo enim
certitudo scientiarum deprehensa esset, si
non opus, quod est artis finis, eam demõ-
strasset? Quomodo præcepta artis princi-
pijs & fini inuenta essent conformia, si nõ
Theoretica Philosophiæ naturalis pars
ea concinâsset & coaptasse? Sanè vt dex-
tra auxilio sinistræ eget & viceuersa, sic
practica theoriæ: Inprimis verò auriferæ
artis donum dictis R. C. fratribus inter
arcana generi humano vtilissima diuini-
tus concessum non ignoramus, quod quã
præclarum sit tã artis quam naturæ opus,
vix hominum dictis exprimi potest: Mũ-
dus ipse, cuius os quilibet est angulus, hu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

ius dignitatem & precioſitatem atteſtetur & proclamet, quamuis id nec cæcis nec ſurdis ignotum ſit: Hic eſt nucleus in amygdali rugoſo & duro putamine reconditus, nempe finis & fructus arboris & principium ſeu ſeminium eiusdem: Hic eſt circulus, quem natura facit implicando finem principio & principium fini: Hoc munus tantum eſt, vt plerosq; veluti caput Gorgonis à Perſeo Palladi datum in ſaxa convertat, hoc eſt, ad ſtuporem & duritiem ſaxeam, cui vix quicquam inſcribi poteſt, redigat: Si à principi pecuiquam magnus theſaurus donaretur, vix vllus tam malè erga principem animatus inueniretur, vt diceret, tantum theſaurorum vel pecuniarum dari non poſſe aut non eſſe in rerum natura, aut ſi hoc dicere auderet, malam tamen gratiam apud largitorem initam expectaret: Iam verò cum à Deo vel miniſtra eius ſive Theſauraria Natura tantum doni alicui hominum conceſſum dicimus, Ecce abſque verecundia quod adſunt, quia affirmanti obſtrepunt, eum mendacij inſimulant, Naturæ theſaurum pernegant, Dei gratiam & manum largiſſimam ſuo

captu

aptu limitant & concludunt; quasi ipse deò sit impotens ad dandum, quam illi ad credendum, hæc adeò exinanita omni munere, quã illi intellectꝰ capacitate: Atq; hi suo se officio satisteciſſe non dubitant, si singula dicta aliorum strenuè negent & textus quasi aranei reticulis insectorum genera (quę à chymicis pro suę partis stabilimento producũtur) inuiscẽt & capient, in Deũ conditorẽ impij & in Naturam matrẽ ingrati: Sunt enim quasi muli, qui calce matrẽ petant, aut Cuculi, qui nutricem deuorent: Non pauci autẽ Æsopicã imitãtur vulpeculã, q̃ caseũ ex ore corui vt adipiscatore, miros cõminiscitur dolos, eũ minimè vocalẽ vocitãs: Sed quẽ huiusmodi vel præconia vel cõquitia mouerent, vt vel canere vel tacere ad nutũ maleuoli pſumeret: Nõ sũt artifices Chymici pueri, qui sæpenumero p̃ pomo dãt aureũ aut p̃ crepũdiis, res, quas manib. tenẽt, precioſiſſimas, at nouerũt, si qui q̃ aliꝰ, qd sit viuere, quantũ æra lupinis distẽt vel aurea æreis, ne æstimẽtur Glauci: Id agnouit Bacaſſer in tuba, qui, *quod quæritis* inquit, *parui nequaquã est pretii: Thesaurum enim maximum & munus Dei excellentiſſimũ quæritis*: Idque absque dubio veriſſimum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

ſſt; Nihil enim eo dono poſt Dei agnitionem precioſius ſublunaris habet regio, ſiue humani corporis, ſiue metallorum medicinam reſpiciamus: Diuitiæ veris Philoſophis virtuti poſtponuntur, ſed reuerà his mundus, tanquam vicarijs omnium rerum mundanarum regitur: Cedunt his virtus, nobilitas, pulchritudo, honor, animoſitas, robur, eruditio & reliqua omnia, quæ bonorum titulum agnoſcunt; adeò vt ſi diuitem dixeris, ſatis ſit de alijs ſiluiſſe: Verum vt non ſolis diuitijs accumulandis deditum eſſe decet eum, qui ſapientiæ ſtudet, ſic nec Fratres dicti hunc lapidem duntaxat voluũt, ſed vniuerſæ naturæ contemplationi inſiſtunt, cuius fontis cum riuulus ſit ille vel Gange ditior, nulla eſt cauſa, cur hũc inguſtatum prætereant, aut Cratis Thebani exemplo aurum benè poſſeſſum in mare abijciant, quo tot Eleemoſynę dari, tot arcana indagari, tot opera perfici poſſunt, quæ omnia ad Dei gloriam & proximi vtilitatem contingant.

* * *

CA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

CAPVT QVARTVM.

Esse talem medicinam in Natura absconditam ex demonstrationibus patet.

AT qualem tu mihi medicinam, præter dogmaticam, occinis, quærent permulti? Quibus adeò omnium rerum imperitis, ne plura noëmata antea incognita inculcem; vt sic nimiam inaudita discendi molestiam creem, mallem me silentio posse satisfacere, quam rerum producto pondere, quod fortè illi aduersantur, & cane peius & angue oderunt: Verum nos Medicinam hoc loco accipimus pro medicamento, quod qualecunque sit siue vni morbo conueniens, siue Polychrestον, seu Panchrestον & vniuersale, non exquisitè, se secundum quid, ita dictum, perinde est, propterea ars medica præiudicium nullum patitur: Imò

conce-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

concedimus hoc Medicamentum Dogmaticæ Medicinæ esse accessorium, nec ab ea vnquam separamus, quatenus homini ægro curando adhibetur; Si verò ad metallorum vsus, priuilegio quodam naturæ donatum inuenitur, quod illi non inuidendum, sed grato animo agnoscendum erit: sunt qui ex viliſſimis terræ partibus & liquoribus, vtpote stercoribus, vrinis animalium, furnorum luto, lateribus & eiusmodi alijs, magna medicamenta pollicentur, quibus nec contradicimus, cum vix vlla res corporea sese offerat, ex qua non aliquid arcani medici prodire existimetur. Qui igitur adeò pertinaci erit animo aut præposterâ voluntate, vt neget ex omnium precioſiſſimo metallo, vel eius agente parte, veluti Quinta essentia, Medicinam efficaciſſimam educi posse, aut Tincturam aurificam esse Medicamentum morborum humani corporis tutiſſimum? Quidam lapidem fabulosum, in arenis concretum, ad ossium consolidationem ob siccandi & refrigerandi vim immodicè collaudant & Philosophicum contrà

à, non alia ratione, quam quod hic illis
cult⁹, ille notior sit, è rerum natura eli-
minare satagunt. At velut Lycurgus, qui
o vini abusum vites amputare decreue-
t, crura sibi ipsi præscidit, sic ipsi ratio-
em sibi cæcam & Experientiam valdè
idem prius, quam tot doctissimorum
mnis ævi & soli virorum testimonia &
ymbola aurigena veritatis expertia de-
onstrabunt: Horum omnium rationes
illorum refutationes iam dict.s Sym-
olorum Aureæ mense libris satis super-
ue simul dedimus, quæ suo loco cuiquã
genda obtulimus: Cramben eandem
is ponere, non est consultum: Si
uis duodecim nationum, & ætatum
onsensum non sibi satisfieri patiatur,
uic ego nihil suggeram, nisi quod in
a incredulitate permaneat, & imite-
ur illum inter magnos magnum, qui
credere id nolle aut posse protestatus
st, etiamsi fieri videat aut ipse fece-
t: Quod si ita sunt in alijs quoque
ebus pertinaces & duræ ceruicis, ne-
ue artificum quisquam iis, sed si-

bii-

bi ipſi, vt Aſpendius olim cecinit, ne for
tè in deliquium animi incidant, ſi qui
præter ſuam opinionem verum eſſe ani
maduerterent: Hi ſanè novum ſunt ge
nus hominum, quod Solem bipedalem
iuraret, etiamſi aſtronomi longè maior
imo centies ſexagies ſexies, toto terren
globo demonſtrent: Hi terram planam
ſtatuent & Antipodas negabunt cum
antiquis; ſed fallentur, quemcunque ſe
quantur authorem: Res ipſa aliter docu
it & dies diei magiſter factus eſt: At ego
hos cenſores adeò inſanos & plumbeos
Anticyram, vbi ſumpto Helleboro, vt o
lim Liuius Druſus Tribunus plebis ar
thriticus, velut author eſt Gell. c. 25. l. 17
à morbo conualeſcant, mittendos, & no
ab ipſorũ curatione excuſandos iudico.
Eſſe autem talem medicinam in profun
do naturæ, primo conuincit Experienti
innumerorum, qui pulueres veros habu
erunt quibus metallorum imperfectorũ
& Mercurij tranſmutationes in aurum
cum admiratione aſtãtium, perfecerunt
etiamſi ipſi non veri artifices nec forte
bono titulo eos adepti fuerit: Qui enim
ipſi perfecerunt, rariſſimè ad oſtentat o-

nem

em ijs vtuntur, nec aliis facilè cõcedũt,
ſi morte præventi, aut vi coacti: Secun-
o Experientiæ aſtipulatur ratio, quæ li-
t ſupervacanea videatur oculatis, cum
uſtra probetur, quod per ſenſus intrare
ſſit, tamẽ quia ſenſus nõ ſemper à pro-
io & vero obiecto ſuo moveantur, præ-
rtim in hac deſperata & alteri non cõ-
unicanda materia & artis forma, ſubii-
enda eſt, huiusmodi: Si vis aurificans in
biecto naturali haberi poſſit, vt forma,
materia argenti vivi vel vulgi vel im-
erfectorum adeò mundari, vt materia ſit
aturalis, ac denique ſi hæc materia &
rma debitis ponderibus coniungi que-
nt cum efficiente moderato, nõ violen-
o, & foveri, ne vnum excedat aut deſtru-
t alterum, ſed reciproco motu ambo
noveantur eò, quò vis formalis inclinat,
eri non poteſt, quin aurifica vis produ-
atur in materiam & ex hac fiat forma,
quâ habitâ, aurum generetur ex non au-
o, ſed argento vivo, per eam æquato. Sed
rima omnia ſunt vera & haberi coniun-
gique, ita foveri & moueri poſſunt: Ergo
& ſequentia: Huius rationis neceſſitas
petitur ex quatuor cauſarum generibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

quibus per artem siue naturam, vt decet coniunctis, surgit id, quod fieri inde debet, vtrobique; Nec differentia est in effectu, si in causis nullum discrimen: Atque hinc Maior sua luce vera & euidens est: Omne itaque probationis negotium incumbit minori seu assumptioni: Huius sunt sex membra; quorum primum est Vis aurificans in subiecto naturali haberi potest: Causa est, quia nouimus materiã auro proximam, qua vtitur natura in generatione auri, & qua vteretur natura, si posset absque manibus artificis producere tincturam: Si quis hoc neget, appello ad auri cunabula, quæ qualia sint satis tradidimus, in viatorio, submonte planetæ septimi & aliis in locis: Secundum membrum est: quod materia argenti viui vulgi & imperfectorum adeò mũdari possit, vt materiæ naturali æquiualeat, imò ea ipsa fiat: Si quis ad hæc incredulus, consulat Gebrum, qui nihil ferè aliud agit, quam vt impura purificet, fæces eluat, aquis & igne separet, pura sublimet, & per distillationem secernat ab heterogeneis; Est præterea modus Gebro solennis, quem tamen abscondit, & non ad literam tradit,

it, nisi sparsim: Tertio requiritur mate-
æ & formæ coniunctio sub debitis pon-
eribus: Hoc opus, hic labor: Nam qui be-
e coniungit coniungenda, bene diui-
et diuidenda, nempe hæc, heterogenea;
la, similiaria: Pondus hic difficultatem
uget: Attamen inuentu est possibile,
um philosophi id innuant, & experien-
a ignaris demonstret: Si enim nesciam,
uod pondera mala, quot asina, requi-
at, tentatio omne dubium soluet: Asi-
a inquit ad filiam, accipe vnam de me-
& tu habes tertantum, quantum ego
abui antea: At mula respondet; accipe
u duas de meis, & habebis dimidium e-
us, quod ego prius habui: En veritas ex
alsis præsuppositis euicescit: Quartum
st efficiens moderatum & non violen-
um, quod ignis est, contra naturam &
E'emẽtalis, quod similiter haberi potest:
Quinto foueri possunt, ne vnum excedat
ut destruat aliud, vt à gallina oua foueẽtur
ncubatu, & in Æ gypto fit artificio: Sexto
t reciproco motu moueãtur, ceu pullus
n ouo & Cnips in ligno, semper locũ mu-
are nitens: Hæc omnia cum congruere
possint ex dispositione debita artificis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

hinc quoque ratione probata est artis possibilitas, quæ cum docilibus per se nota sit, pertinaces, quibus hæc non ad palatum, mittimus & suo remedio consecramus.

CAPVT QVINTVM.

Fuisse antiquitus apud alias gentes Fraternitates seu Collegia Philosophica, quæ naturæ arcana & hanc Medicinam vnice fouerint, & quasi per manus, multis seculis, successoribus ex omni Philosophorum numero selectis reliquerint, notorium est.

SVNT præter eos, qui artem expresse negant & alii, qui non hanc adeò, quã

Fra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

aternitatem impugnant, artem concentes possibilem, at talem societatem icubi latere, neutiquam: His, cum deri, aut ad minus admoneri non erubeant, Exempla non dissimilia in memoriam reuocanda, quæ antiquis contigêre mporibus & nostri æui Fraternitati accomodari possunt; Collegia inquam, occulta similis artificii & rerum naturaliũ on sine admiratione professionis, variis locis & nationibus olim extiterunt, uæ licet in nostris Arcanis Arcanissimis u Hieroglypicis passim in 1. & 4. lib. nec on in Symbolis lib. 3. potissimum euolerimus, tamen hic breuiter, ne ex ignorantium mente excidant, percurremus:

1. Collegium, antiquißimum Ægÿptiorum.

Apud Ægyptios Collegium fuisse Philosophorum, Sacerdotum & Regum ex mille indiciis constat; Nam ad leges & præscriptum Philosophorum totius Ægypti Religio simul & regni politia conformata fuit sub nomine Osyridis & Isi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

dis, quos finxerunt Decs ac reges Ægyptios, cum nihil sint, nisi subiecta chymica, alias vocata, Sol & luna, sulphur & argentum viuum: Isis Ægyptum legib. instruxit ex Mercurij consilio, quos Mercurius à Vulcano acceperat, à quo & eruditus fuerat; Agrorum Ægypti to i is tertia pars primo rediit ad sacerdotes, altera ad reges tertia ad populũ: Vnde antiquitas sacerdotum constat, qui vna cum regno inceperũt: In primis autem Vulcano inseruierunt, qui ibi splendidissimum habuit templum, auro tectum & cubilib. arreis, in quib. Apis bos colebatur ad externam ceremoniam, niger toto corpore, nisi quod lunam crescentem albam haberet in fronte vel alteru latere: Hic Osyridem repræsentauit; Vt enim Osyris est Sol, sulphur, & anima, quæ migret in alia corpora imperfecta, sic in hunc bouẽ trãsire fingebatur, quo post quatuor annorũ spacium in sacro fonte submersso & sepulto (vnde Serapis dicebatur) sacerdotibus alium quærendi similis coloris per totam Ægyptum cura incubuit; quo intermedio tempore omnia luctus plena, planctus & mœroris, donec bos nouus inuentus & reductus

ctus magna cũm pompa & ſolennitate
retu; tũ omnia tripudiis & gaudiis iterũ
plera; atq; hic initiatus & cõſecratus co-
batur, vt prior: Oſyris verò ab ignaris ꝑ
ge vel Deo habetur, licet à cõſcijs quid
er ipſum intelligi debeat, perpetuo ſilẽ-
o inuoluatur: A Typhone quodã, furio-
& impio, dolo occiſus traditur, & in a-
quot partes diſſectus, pudẽdis in Nilum
iectis; Sed Iſis partes recollegit & ite-
ũ compoſuit, exceptis pudẽdis: Philoſo-
horũ enim Rex per ſolutionem in ſopo-
ẽ incidit atque hinc in mortẽ ſed mẽbra
ius recolliguntur, vt habet Ioh. de Pa-
ua. Turba, Alanº, Æſonis allegoria, Pe-
opis, & aliorum: Duplices Ægyptij ha-
uê eliteras, cõmunes ſeu vulgo cogni-
as, & ſacras, per figuras & naturas anima-
um; His res ſacrę ſeu Philoſophicæ con-
ignabantur; illæ, quæcunq; aliæ ſeu pro-
hanæ; Hieroglyphicæ cauſam dedêre
vulgo animalia illa colendi; quorum fi-
guras viderũt inter ſacras literas haberi,
& non intellexerunt: Hęc origo ſuperſti-
tionis Ægyptiæ, quam ſequutæ ſunt &
aliæ gentes & ferè totus mundus

Ex his literis, Phœnix, auis eſt, mera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

fictitia, nisi in chymicis realis & existens: In his Anubis canino capite, latrator dictus, Mercurium, qui Theut vocatur, denotat: Habuerunt & 12. deos Ægyptij, velut numina auxiliaria, quibus expresserunt allegorias de sua arte occulta varias, ne vulgus aliter acciperet, quam de diis: His instructi sacerdotes artis aurigenæ conscii, mille habuerunt causas, eam occultandi & sacra sua perficiendi; Vnde nulli motum fuit apud antiquos ex vulgo talem artem haberi in rerum natura, multo minus in media Ægypto foueri: Fuerũt autem in hoc collegio non omnes sacerdotes, nec omnes Philosophi, qui erãt sacerdotum filii, nec omnes reges, qui ex sacerdotibus eligebantur, sed pauciores & electi ex omni numero, qui conuentus suos clandestinos celebrarunt & de medulla sacrorum suorum egerunt, reliquis omnibus circa cortices occupatis: Hi soli intellexerunt, quid sibi vellet Apis, Osyris, Isis, Thyphon, Anubis seu Theut, & Mercurius (quem Græci Hermetem vocant) quid Orus; Deinde quid ceremoniæ & allegoriæ circa illos institutæ: lidẽ hyeroglyphica non solum legerunt, sed

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

intellexerunt, Phænicem, Ibin, Cynocephalum, Crocodilum & alia innumera; cur oppida in brutorum nomina & cultus consecrata, cur animalia pro diis habita & his similia: Hi 12. deos, deasque longè aliter interpretati sunt, quam vulgus ignarum, quod hæsit in literali solo sensu, genuinum & occultum non animaduertens: Inde factum, quod Alexandro Magno Leo Ægyptiorũ sacerdotum primarius pro secreto mundi aperuerit, non esse aut fuisse Deos illos, quos colerent Ægyptii, sed homines; Nam vt res erat, loqui ipsi non licuit, ne ad manifestationem omnium à Rege cogeretur: At Alexander hoc arcanum Græciæ, totique mundo Ethnico tum vix credibile, perscripsit ad matrem Olympiadem, iussitque epistolam lectam mox comburere, ne scilicet scandulo futura esset toti regno & vniuerso populo, qui reuerẽtia horum Numinum, licet falsorum & præsuppositorum, æquè vt verorum, tenebatur in officio sub iuramentis debitis, metu & cultu eorundem obstrictus: Plura de hoc collegio videantur dictis locis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

II. Collegium Eumolpidarum Eleusiniorum.

ÆGyptios omnis religionis Ethnicæ pseudotheologæ fuisse primos authores ex antedictis patet: Ab his Orpheus artem occultam, vnà cum diis allegoricis mutuatus, Religionem nouam in Græcia instituit, Dionysij festo & ceremonijs in Bæotia apud Thebanos introductis: Ab Orpheo, omniũ Ethnicorum primo antistite, desumpserũt Græci poëtę suorum poëmatũ de diis, & heroibus, eorumq; factis materiam & falsa falsis augendi occasionẽ; Hunc secuti sunt Linus, Musæus, Amphion, Hesiodus, Homerus, qui Græcorũ & Latinorum poëtarum magnus parens est, magister & antesignanus: Verum his omissis, Eumolpũ origine Ægyptium, & Athenis habitantem considerabimus, qui ex sacerdotibus antedictis ortus, regnum in Attica cõdidit, & Collegium Philosophicum in Eleuso ordinauit, hisce legibus r. vt singulis annis certo die conuentus fieret ini-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

nitiatorum. 2. Vt Eumolpidæ ſemper i-
i ſacerdotes habe:entur & ſacrorum
ræſides . 3. Vt caſt ſſimæ vitæ, vitiis im-
nacularæ, ſaltem reciperentur in ſocie-
atem illam, tam fęminę, quam v ri: Hinc
ec Imperatores poſtea in tiari volentes
dmiſſi ſunt, ſi vitijs eſſent contaminati:
. Vt perpetuo ſi ẽ io arcana ibi celebra-
a in uoluerentur, iuramentis præſtitis.
Hinc nihil in orbe ſecrerius, quam E'eu-
nia ſacra, habitum fuit. 5. Vt die conuen-
us ſacro quatuor figuræ pro ceremonijs
ortarenrur, nempe Dei Creatoris, ab
Antiſtite Hierophante; Solis à facifero;
unæ, à miniſtro ad aram & Mercurij:
q præcor e ſacrorum: Habuit autem An-
iites Eumolpida aurcã clauẽ linguę ad-
ptatam, ſilentij notam: Ex qu b. ſatis de
cauſis huius Collegij inſtitutionis ratio-
cinari licet: Nõ autem omnes initiari vel
aſſumpti in hãc ſocietatem intima ſciue-
runt arcana, eorumque cauſas, autho-
res & finem rimati ſunt, ſed maximæ
parti ſatis fuit, hoc honoris ſuſcepiſſe,
ad demonſtrandam ſuæ vitæ innocentiã;
Subuculam enim quam lineam & can-
d.dam die initiationis induerunt, per

totam

totam vitam, vt ſacram habuerunt & induerunt, vt agnoſcerentur: Eumolpidæ verò Soli cum paucis electis nouerant cauſas non ſolùm inſtitutionis, ſed & artem auriferam, quam occultiſſimè geſſerunt, ne cuiquam alteri innoteſceret vel nomine: Hanc demonſtrant imagines illæ quatuor, Creatoris, qui largitor, & prima cauſa; Sol, & Luna, tanquam forma & materia; Mercurius verò, aqua ſolutionis, ſine qua non perficitur. Præter dictas ceremonias allegorica quædam iis ſacris cantata ſunt, quæ totam rem figuratè comprehenderunt, à conſciis ſolis agnita, ab aliis prò oraculis abſtruſis accepta; quorũ hic ſenſus: *Draconem factum eſſe Tauri parentem, & Taurum viciſſim Draconis: Ceres peperit Perephatten puellam cui Iupiter, qui genuit, Draco factus, coniungitur: Peperit & Perephatte tauriformem filium; Vnde poetæ quidam Taurum laudant, Draconis patrem & Draconem rurſus Tauri patrem: & in montem arcana hæc facta ducentes paſtoralem ſtimulum celebrabant*: Hæc haberi in ſolis chymicis, manifeſtum eſt, vbi Taurus, qui Sol eſt, & Draco, qui luna, concumbunt;

unt; Imò pater cum filia, Cynara cum Myrrha generat Adonim, cuius festa eo- em sensu in tota Syria & Phænicia quo pidis & Osyridis in Ægypto, & Eleusi- ia in Attica celebrata sunt; Fabulæ au- em catastrophen aperit Triptolemi alle- oria, qui cum Eleuso, regi quasi Eleusio- um, natus esset, ipse nutricem quæsiuit, roque ea Cererem deam accepit, quæ uerũ lacte diuino interdiu nutritũ noctu runis suppositit; Vnde cum puer multũ ncrementi assumeret, pater Eleusus hoc actum aliquando noctu notauit; At hinc Dea irata patrem interemit & Triptole- num curru draconibus alatis tracto do- nauit, quo ille mortales frugum semina- ionem doceret: Hæc esse merè chymica nstituta alibi vberrimè demonstraui- mus; quocirca hic breuiores sumus.

III. Collegium Samothracum in Cabiris.

SAMOTHRACVM quoq; solennia fuêre antiquiùs arcaniſſima, quib, si quis ini- iat° fuerat, seruabatur inter turbulẽtissis ma-

mas tempeſtates, hoc eſt, à morbis & rerum egeſtate erat immunis; Hæ enim ſunt mundi tempeſtates atrociſſimæ, quibus homines perire ſolent: Cabiros autem abſtruſum ſonat & Satrax ſeu Samothrax, Deum incognitum, apud Hebræos: Deorum nomina, quos initiatis nominare nefas erat, hæc fuêre: Axioërus, Axiocerſa, Axiocerſus: Axioërus autem Ceres; Axiocerſa Proſerpina, Axiocerſus Pluto dicebatur; quibus quartus addebatur Caſmilus, qui Mercurius erat, vt Dionyſiodorus ſcriptum reliquit: Cur verò hi dij non nominandi erant, cauſa patet, ne ſcilicet in vulgus emanarent, vt nec Eleuſinia, cum quibus fine & modo inſtitutionis conueniunt: Pluto enim Sol eſt & Proſerpina Luna, iuxta verſiculum:

Iupiter eſt idem Pluto, Sol & Dionyſus.

Proſerpina à Plutone rapta dicitur & currui atrorum equorum impoſita, ad inferos deportata, quod nihil aliud denotat, quam nigredinem, quæ eſt operis initium & obſcurat Lunam ſeu Proſerpinam

inam, ne videri posſit; Raptus Proserpi-
æ contigit in Sicilia prope fluuium Che-
narum, cum legeret flores narcissum,
dianthum & Cyparissum; vbi, Strabone
este l. 9. ad ripas Coralii fluuij sacra fie-
ant Pambæotia & constructa fuit ob
ysticam causam Plutonis ac Palladis ara
ommunis: Claues pro insigni gerit Plu-
o; quia nigredo est clauis operis: Ceres,
uę est Axioerus, multis lachrymis ad lu-
nē ię dę quęsiuit filiā, & lacte & igne Trip-
olemum enutriuit; eumqq; donauit ala-
is draconibus, quibus circumuectus ho-
nines docuit fruges seminare; vt ante
ictum.

IV. Collegium fuit Magorum in Persia, siue Chaldæorum Babyloniæ.

APVD Persas tanta fuit Magiæ, hoc est, rerum naturalium scientiæ, ommendatio, vt Tullio libr. de diuina-one teste, nullus ad regnum admit-eretur, nisi qui eam didicisset: Ad-

hanc

hanc cognoscendam Græci Pythagoras; Empedocles, Plato & alii nauigarunt; quam reuersi (vt Plinio ait, lib. 30.) prædicauêre & in arcanis habuêre. Eius authorem ferunt Zoroastrem, & ipsum secutos Apuscorum & Zaratum Medos, Babyloniumque Marmaridium, & Arabem Hippocum, Assyrium verò Zarmocenidum: Hermippus scribit Zoroastrem viginti annis caseo in sylua victitasse, vbi studio Magiæ vacabat: Vnde apparet eũ potius consyderationi naturę, quam illicitis & Necromanticis consecrationibus deditum fuisse: Xanthus Lydius asserit sexcentis tantum annis fuisse Zoroastrem ante Xerxis descensum in Græciam. Sed tempore Nini vixisse constat, à quo Bactrianorum regno pulsus est, quo tempore natus est Abraham, qui præcessit primam olympiadem 1494. annis: Et Mose post Zoroastrem paulò amplius sexcentis vixit annis. Quidam Zoroastrem fuisse eum censent, qui in sacris literis vocatur Misraim, vel eius filium Chami nepotem, (quamuis alij ipsum Chamum asserant) qui artem Magicam mirabili efficacia exercuit: Astrorum enim peritiam

noue

uerat, perfectissime & ex ijs omnia hu-
nana & inferiora regi & foueri asserebat:
Vnde & nomen accepit, quasi ζῶον ἄστρον,
hoc est, viuens astrum cum prius Zarades
diceretur. Hæc doctrina magica semper
postea apud Persas viguit, potissimum a-
pud Assyrios, qui Chaldæi dicuntur: Ij a-
strorum peritiâ valentes; carminibus sa-
ris ab hominibus mala auertere, inso-
nnia, prodigiaque fidâ interpretatione
xplanare solebant; Collegium Babylo-
niæ per multa habuerunt secula, ad quos
Apollonius Tyanæus profectus cum iis
quotidiè de rebus abstrusis & arcanis se-
rio contulit meridie & media nocte, vbi
rege Bardane familiariter exceptus &
honorificè habitus est, omnibus ad viam
necessariis ab eodem instructus,

V. Collegium Brachmanum in India.

HABVERVNT sapientes Indiæ Vr-
bem in regione amæna, patente &
omnis generis fructuum fertili, ab ipsis
duntaxat possessam & proprijs legib. gu-

bei natam: Eorum, Appollonii tempore
octodecim fuere, sub Hiarcha ipsorum
præside: Puteꝰ illis fuit latitudine, passu
um quatuor, per cuius numen inuiolabil
sacramento iurare solebant Indi: Putec
vicinus erat crater amplæ capacitatis, i
gne plenꝰ, erectus, cuius flamma plumbe
coloris sine fumo non excedebat ora
crateris: vtrinque dolia attollebantur
vnum ventorum, aliud imbrium; quo
rum primo aperto venti magno impe
tu efflabant, altero nebulæ, humectan
tes aerem & pluuias inducentes, sicc
tatis nimiæ & humiditatis remedia
Prædixit Apollonio Hiarchas qua
cunque illi in itinere euenerant, Me
tapsychosin cum ipso amplexus: Sapien
tes quoque Apollonio præsente, a
Adolescente quodam dæmonem eiece
runt, & claudos, luscos, mulieremqu
abortientem sanarunt: Iarchas ei septe
annulos donauit, septem stellarum not
insignitos, quorum characteres admir
darum rerum effectus docebant: Contu
lerunt cum eodem de Menticosa belu
quæ capite erat humano, reliquo corpo
leonino (veluti Sphynx, Chymæra, & h
simil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

miles finguntur, materiam philoſophi-
am denotantes)de aqua auri, quæ,qua-
ſit, ſolis Chymicis innotuit; de lapide,
ui magnetem imitatur & vocatur Pan-
gisse increbuit, omnes negãtium cona-
s irritos & inanes reddere poterit, cui
cedit & illud, cuius in Symbolis Aureæ
ensæ lib. 12. mẽtionem fecimus de quo-
m incognito, qui hospitem suum Chy-
iæ amantem, remunerario pului culi
ngentis donauit & pòst profectus est
rru eò, vbi mansio illorum in C. R. Et-
verò vna hirundo ver non efficiat, ta-
en vna affirmatiua eiusmodi propositi-
o, vera, veritatem at estari & econtrà
mille quidẽ negantes oppugnare pos-
nt: Causa est, quod affirmatio Entia cõ-
ngat negatio separet, aut circa non
ntia sępissimè versetur: Vnde omnis sci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

entia ex affirmantibus non autem neg
tibus axiomatis progreditur, fine quoqu
affirmatiuo gaudens: Desinant itaq; Cra
brones apum fauos infestare aut oper
interpellare, ne mellificium, cui ipsi in
donei sunt invideant aliis: Intermittan
grylli & cicadæ suos stridores & finant lu
cinias contexere suas cantilenas: Disso
nantias enim meras Musicæ ingrata
constrepunt & harmoniam naturæ
artis impediunt: Pythagorici cælestib
sphæris mirabiles concentus tribuun
quos exaudiri à nubis propter magnit
dinem & excellentiam obiecti non pos
aiunt; sed rectius nos antedictæ societat
operibus tam artificialibus, quam nat
ralibus symphoniam quandam excita
dicemus, quæ propter raritatem & infr
quentiam à multis non sentiri, propt
admirabilitatem summam, non credi p
tent; sed nos illis incedulitatem cum
lentio coniunctam condonamus,
ignorantiam cum gar-
rulitate expro-
bramus.

C

CAPVT DECMVM QVNTVM.

Responsio ad supercilioſos doctrina & amore ſui prætumidos.

SEd nunc equum in campum admittemus, hoc eſt, eos qui quid valere ſe in artibus & ſcientiis præſupponunt: Et ſanè hos eruditos non leuiter, authoritate & vſu rerum præſtare concedimus, vt non iniuria in Mineruæ Caſtris (forſè etiam in Vulcani officinis) militaſſe videantur, donati titulis & nominibus ſat amplis: Verum quod negent inter ſcibilia exiſtere Collegium Fraternitatis R. C. in eo potius ſibi aſſentari, quam illi aduerſari intelliguntur: Aſſcribunt enim ſibi omnis naturæ ſcientiam & artis potentiam & in vtraque ſuo ſe iudicio iudicant: Quomodo, inquiunt, philoſophi tanti exiſterent alicubi, quo nos i-

gnoremus? Quæ artis experimenta illi
ſcirent, quæ nobis occulta? quæ naturalis
ſcientiæ documenta darent, quæ nobis
non advnguem explorata eſſent? At ſa-
nè cauſam, qua fuiſſe, aut eſſe poſſint
non percipimus: Locum, vbi latere que-
ant, nō maginamur; opera eorum metal-
lica aut medicinalia nullibi offendimus:
Cur igitur crederemus cæcis & ſurdis?
Cur fidem adhiberemus plura profeſſis,
quam nos capimus? Non hoc perſuade-
bunt oculatioribus aut circumſpectis, ſed
ignorantibus & ineruditis: hæ ſunt ra-
tiones illorū quolibet caſtro munitiores
& firmiores, vt putant, quibus contra-
dicere nemo valeat, niſi qui arietes & ca-
tapultas ſuas ipſorum ſcientiæ vniuer-
ſali opponere audeat: An tantum nobis
ſumēdum eſt, an vero Suffeni relinquen-
di? Veritati litandum potius opinor,
quem Phlautiæ aliorum: Non omni-
bus omnia divinitus conceſſa illi ipſi
fatebuntur: Quod ſi verum, cur extra
ſuæ rationis limites nihil extare arbi-
trantur? Cur omniſcios ſe faciunt, qui
tamen hoc ignorant, quod multa igno-
rent? cur non fallià ſe ipſis agnoſcun-

in illis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

illis ,in quibus alios falli existimant?
de problemate mathematico quæstio
nciderɛt , aut de theoremate medico,
bsq; dubio in his versatissimos se declа-
arent, at nunc, cum de arcanorũ quorũ-
ã naturalium possessoribus disquiratur
n sua doctrina nullas machinas inve-
iunt , quibus illos oppugnent , nisi
orte superbiæ & sublimis supercilii ela-
os spiritus; sed his, quod in artis vsu
tabile est, non deficiunt, quod in artificiũ possessione, non tollent : Multi ad
magna peruenirent , nisi se ad magna
peruenisse imaginati essent ; Ita imagi-
natio , veluti remora piscis , nauem, vel
herba sic dicta, aratrum, honesta homi-
num studia in cursu detinet & præ-
occupat , ne ad finem perfectionis ve-
niant : Doctissimi quique, se senescen-
te doctiores euadere confessi non recusa-
runt, quid adhuc discere, etiam si vnum
pedem (vti testati sunt) in Cymba Cha-
rontis haberent; Hinc Cato Censorius
Græcas literas in senectute quoque di-
dicit: Socrates senio iam confectus fidi-
bus tractãdis operam dedit: Plato octoge-
nario maior moriẽs sub capite Sophronis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

numeros habuisse fertur: Sic nec extre-
ma quidem eius hora à studio vacua fuit,
vt inquit Val. Maximus & Gell. l. 4. c.
17. Quod si hi nihil sibi in literis deesse o-
pinati essent, non ad extremum vitæ
studiis vacassent nec addidicissent, quæ
iam se scire præsupposuissent: An igi-
tur plus sibi tribuunt tantæ rei Censores
quam viri iam docti? Si sic non audiendi,
sed aliorum censuræ relinquendi sunt,
vt limam incognitis adhibentes limen-
tur ipsi ex legis Talionis instituto: Si
non, concedent, opinor, esse plura in na-
turæ consyderatione, quam ipsi didice-
rint arcana: Si id verum, vt est, arca-
norum professores eiusmodi cur negant
cur non eos, vt esse possunt, sic esse per
mittunt, cum tales se manifestauerint
Sed forte, absurda eos proponere, qua
nec cum ratione nec experientia conue
niant, dicent; quæ mihi nec lecta, ne
cognita: Fateor sanè in planissime dicti
posse obscuritatē captari & dubitatione
quasdam moueri veluti constat fere nul
la scripta cauillationibus & obiection
bus seu diuersis interpretationibus ma
gis patere, quam sacra, quæ tamen omni
ver

veritatis norma sunt: Si rẽ ipsam suspectã habeant, si circùmstantias, si effectus, si locum, si denique causas, cur latuerint ante, iamque se patefecerint, pro generali singulorũ dilutione pauca adiiciẽda sũt; Res iam ante possibilis ratione & exemplo aliorum Collegiorum probata est, & nullus, nisi plane rudis eam negabit; Circumstantiæ verò, quæ eam definiunt, sunt multiplices; nempe quomodo primus societatis author artem adeptus sit ab Arabibus, agnitus quoque ex nomine & familia, vnde ad Mauros Fessanos profectus sit, à quibus scientiis adauctus reformationem artium in Hispania mente agitarit: Ab Ægyptiis ad Arabes hoc artificium olim translatum fuisse pro certo habetur: Hinc Osyridis & Isidis columnæ, quæ Chymicæ omnino sunt, in Nysa Arabiæ, vbi & Dionysus natus erectæ creduntur & Phœnix ex Arabia migrasse in Ægyptum cõfecto annorum curriculo: Ab Arabibus ad Mauros artes omnes vt philosophia, Mathesis, Physica & Medicina cum occulta rerum naturalium scientia transierunt, apud quos permulti & Philosophi & Medici, nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

non artifices Chymici deinde floruerũt, quales sunt Averrhoes; Gilgil, Avicenna, Geber & innumeri alii: Ab his ad alios Europæ doctissimos viros artificium Chymiæ propagatum est, nempe Albertum Magnum, Arnoldum, Lullium, & his simile: Quorum tempore, vel paulo post, authorem primum huius Collegii vixisse ex annorum consideratione apparet: Vnde res non ista ætate inusitata prorsus, sed admodum frequens artificii Chymici adeptio videtur, veluti constat ex coætaneis quam plurimis eius seculi: Etsi vero paulo ante centum annos ab hinc Mauri ex Hispania à Ferdinando Iusto primum profligati sint, tamen regna Castiliæ & quædam alia Mauris intacta fuere, & nihilominus Fessanum in Africa floruit: Cur reformationem artium petierit, quæri posset? Vt nimirum Medicina, physica, astronomia & aliæ artes ornatis suis conuenirent, quæ talia esse oporteat, vt tam occultæ, quam manifeste rerum virtutes ad ea reducantur; & principia suo fini correspondeant. De effectibus simile iudicium ferendum, vt nimirum hi causis suis conueniant,

nt,& econtra: Quod quoque omni vita, norborum curat one gratuita peregri- iatione, diſcurſu & action bus eorum non aliter deprehendi poteſt; Præter igurã cubicam æquilateram quæ ſemper ibi ſimilis eſt in omni caſu, nil exprimũt: Hæc conſtantem & virtuti veritatique- led tum virum decet, ne vacillet quocun- quemotu: Locus abſque dubio talis eſt, qui aptiſſime eorum manſioni conuenit, vbi & l bere v uant, abſque inſpectoribus nuidis & vicinorum rixis & tumultu: ad quam ænigmata noſtra alibi directa ſunt: Cauſa occultationis hactenus multiplex occurrit, quæ ipſis communis cum al is philoſophis: Suæ vero modernæ manifeſtationis motiuas in confeſſione & fama ſparſerunt, & nos iam antè perluſtravimus

* * *

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Alii, Nigromantiæ & superstitioni omnia asscribunt, quibus respondetur.

SVnt præter iam dictos censores & alii qui vt suæ doctrinæ simul & pietatis zelo existimationem quærant, omnia dictæ fraternitatis opera ad diabolicas illusiones, hoc est negromantiam & superstitionem prophanam transferunt; eamque commodiorem viam putant, qua se à causis tãtarum naturalium rerum reddendis excusent: Quæ enim diabolica sunt, omnem naturam superant & causas nullas in natura, nisi in voluntate spiritus maligni ab hominib. pessimis motâ & incitatâ possidẽt. Si hi Calũnioſi & blasphemi sunt suo arbitrio, qui vt suã ignorãtiã tegant, alijs stigmata ignominiosa inurere non subterfugiunt; Causas verò huiusce iu-

ce iudicij ſui videntur probabiles propõnere: Nam, inquiunt, ſcire ſe profitentur illi fratres, quæ intra & extra Gangem Indiæ fiunt, atque ea etiam, quæ quis in animo habeat, vt patet ex eo, qui Wetzlariæ prędixit hoſpiti ea, quę ille dicturus eſſet, & quæ alijs locis contigerant: Item fugatis quibuſdam ex conclaui incenſis radicibus certis, muribus quoque fugandis ſcutica, ſtramine non incendendo ignibus proximis, itu ex bombarda non fallibili dirigendo & his ſimilibus: Quæ omnia, dicunt, ſunt circulatorum & magorum effecta & non virorum longè doctiſſimorum: Verum heus tu rigide cenſor parum declina tuo iſto plus quam areopagitico iudicio aut Draconis ſanguineo decreto, & tibi, niſi fallimur, Exceptiones fide digniſſimæ opponentur: Quantum ex libris emiſſis nec non factis illius fratris apparet, nihil inuenitur in illis, quod negromantiæ aut diabolicis operibus aſſcribi meritò debeat: Quo ad primum enim, quo ſe cõtingentia quælibet ſcire referunt, reſpondemus, quod relationibus partim aliorum, partim peregrinationibus ad ea loca, vbi ea ſciri poſ-

ſoſſunt, eadem cognoſcãt: Nullus enim nũc locus inuius ad extremas Indias quoque inuenitur: Hollandi & Angli plæraq; Emporia totius orbis nunc frequentãt, ſic & Portugallenſes in India colonias ampliſſimas habẽt; Ex quibus haberi & ſciri poteſt, qd vbilibet locorũ conueniat: Ad hæc aſtronomiæ nõ vulgaris inſtructi ſcientia multa p̃dicere & diuinare poſſunt, quæ omnia naturaliter & licitis mediis contingunt: De conceptis mente & alibi factis, quod multa nouerint, nec hoc à natura abſonum videtur: Nouimus q; ẽdam Hiſpanum monachũ in magno cõfeſſu ſingulis ex phyſiognomia muta & præterita & futura narraſſe, qui deo à vulgo conſulebatur, vt cuiq; ſortem ſuam prædiceret: Forte Character ſingulis ſuus in facie ſcript⁹ eſt vel bonæ vel malæ fortunæ ipſis impendentis, quem qui legere poterit, is non pauca diuinare inde poterit: Et ſolent alàs v ri prudentes ex facie de cuiuſque moribus & ingenio iudicare, cum vultus affectum p'erunq; latentem exprimat: Momus reprehendiſſe hominis fabricam dicitur, quod feneſtram ad cor pertingentem non haberet,

per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Per quã cognitiones ei⁹ perſpici poſſent; verum facies huius vicem, quo ad ſufficit, ſatis pſtat: Nemo en m lætio videtur vultu, qui mœſticiã corde præmit, & ecõtra, nemo mœſtus, cui dexter ſalit oculus, aut lætitia pectus extendit; Et ſic de Ira, Inuidia, amore, & alijs affectibus iudicandum erit, qui vt cor primario, ſic vultum ſecundario alterant: Quæ in abſentia contigerunt, quaſi præſentia, nouiſſe non eſt hominis, niſi qui ſpiritu fatidico prædictus ſit, ſiue bono, vt Prophetæ, ſiue malo, vt negromantici: Apollonũ, Pythagorã, Brachmanes, Gymnoſophiſtas eadem ſciuiſſe cõſtat, quo ſpiritu, nõ itẽ: Si ab effectis de cauſa iudicandũ, non niſi bono: Eſſe quoq; vaticinandi facultatẽ in plærisq; à Deo ſummo illo Dono affectis patet ex Hermete & innumeris alijs, quod Bonus Ferrarienſis quoq; inſinuat. Ne pdicationẽ ex aſtris nim ũ inculcemus nõ vulgarem l ã, ſed ve am & al js initentem princip js: Reliqua ludicra etſi à circumfo aneis & agyrtis iactentur & nonnunquã pręſtentur, tamen habere cauſ s in natura ve itati cõ entaneum eſt, æquè vt multa alia, quæ in collectaneis protant

ſtant artificia: Cardanus in libris de ſubtilitate & varietate rerum, Weckerus in ſecretis, Porta in magia naturali, Fallopius in ſecretis ſuis, & plurimi alij eiuſmodi collegerunt, quæ negromantica dicere, eſſe inſani, cũ per media fiant licita & poſſibilia, naturalia, partim ex manifeſta, partim, occulta qualitate: Quid hi dixiſſent de magnete eiuſque operibus, niſi lapis eſſet cognitus? Quid de Mohometis illius penſili vrna? Quid de viatorio in mari, terra, & ſub terrâ, vi magnetis? de iudicatione horarum diei & centum alijs commoditatibus à magnete prouenientibus? An non hæc omnia negromantiæ opera aſſeruiſſent? Quid de virgula diuinatoria, ſeu ligneo magnete metallorum, qui metalla ſuo motu & ſaltu indicat? Quid de pyrio puluere & machina horrẽda bellica, quæ Salmonei fulmina & tonitrua veriſſimè exprimit: De quo Virgil. lib. 6. Æneid.

Vidi & Crudeles dantem Salmonea pœnas
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur
Olympi.

An non huius cauſas magicas aut prorſus diuinas aut diabolicas oppinati eſſen

cun

nortalibus, ſed diis hæc fieri primò exi-
timantibus? Qui Epiſtolas Hiſpanis ſibi
nuicem ſcriptas quoque in initio voca-
es aut loquaces putauerunt, quaſi pro-
lerent, quæ ab ipſis geſta eſſent: Has autẽ
magiæ velle annumerare, eſſet brutalam
iam ignorantiam alijs deridendam pro-
onere: Nihilominus illis gentibus, qui-
us literarum vſus non eſt cognitus, hæ
nagis admirabiles & à natura alienæ vi-
leri poſſunt, quam res antè dictæ: Millo
unt artificia, quæ etſi mediis naturalibus
ãt & omnino vulgarib. tamen antequã
nnoteſcant, naturæ aduerſari credũtur:
Ceſſent itaque tam prȩcoces rerum æſti-
natores calumniari alios, quorum opera
& effecta non intelligunt & maturiora
erant arbitria de rerum naturalium ſci-
ntia, q̃ licet cauſas arcanas, & vulgo non
ognitas habeat, tamen non ad illicitam
magiam referenda, ſed eò magis in
honore & precio habenda,
nec non inueſtigan-
da eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Quamplurimi nec Chemiæ veritatem nec Fraternitatis integritatem negantes cum ſeſe non dignari, tanto ſodalitio animaduertant, animum deſpondent, & cauſas calumniarum inueniunt, quas in eam effundunt; quibus reſpondetur.

A Directè ad obliquè aduerſantes illis progredimur: Hi enim dictam fraternitatem nõ negant, attamen eam vel verbis vel factis dehoneſtare contendunt, vt ſuum honorem vel lucrum inde quærant: Qui verbis in eam inuehuntur, ſatis ſibi cauſæ eſſe putant, ipſos extenuandi vel coarguendi, quocunque modo & occaſione, propterea quod ipſi

ſi negligantur ne protinus tanto cõcilio
ffcribantur : Cum enim vel in Chymi-
is aliquid ſe capere præſupponant & in
liis ſiue cabaliſticis ſeu arcanis (velati à
quibuſdam prolata , nugis ſimiliora
quam rebus magni momenti cernimus)
atis ſuo iudicio experti videantur , non
mmerito à Fraternitate perſpici alijsq;
præponi deberent, qui vel minus intelli-
ant, vel longius ab arcanorũ profeſſio-
e abſint : Verũ illi caute duriores hos nõ
n maduertere ſe ſimulant, tantum abeſt
uod ſibi adſciſcant vel in ſocietatem ad-
mant: Hinc illæ lachrymæ & dolor ſub
ectore: Et quidem ſi ratio nõ ſit omnino
æca, nonnihil iniuriæ his bonis viris in-
ertur neglectu: Deberẽt illi inter triari-
s tanq̃ probati & veterani milites repo-
i, cũ nec inter tyrones ſtatuantur: Et qui
ugiæ ſtabulum repurgaſſe exiſtimãtur,
ur non mercede ſe dignâ honorarenẽ-
ur : Sed ſocietas illa excuſari poterit,
uod quemlibet aſſociandum ſibi, etiam
uo ad doctrinã dignißimũ, primũ quin-
uennali ſilentio (veluti Pythagoras ſuos
iſcipulos) vel etiam longiori probandũ
abeãt, vt potentiâ ſuos affectus & freno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

linguam domare prius discat, quam tan-
torum arcanorum particeps fiat : Vn-
de ijdem animum ne despondeant, sed
expectent euentum rerum, fortè quid e-
ueniet, quod non speratur : Ambitus ne
rei fiant, à calumnijs se temperent & a-
more sui, quo flagrant intimè : Quod si
sua spe frustrari post deberent, causam
asscribant suæ temeritati potius quam
illorum voluntati iniquæ : Multi enim
Tyrsigeri, sed pauci Bacchi : Dentur ill
eam ad societatem non indigni, vt se æ
stimant, sed dantur & alij ipsis longè di
gnores: Quilibet in se regis animum ha
bet, inquit Seneca, vt regere malit alio
quam regi ab alijs, an verò virtutem &
habitum, rege dignum possideat nem
inquirit : Ad vitia & defectus suos quis
que cõniuet, ad dotes & laudem, serpen
tinum gerit oculum, hoc est vigilem & a
pertum : Nullus se negligi dicere potes
nisi vbi ius & mos eum præscribunt, vt i
hæreditatibus adeundis à testato vel in
testato & alijs eiusmodi; Hinc non nisi f
tuus conqueretur, se non electum in R
gem Persicum vel magnum Mogollu
Indicum : Ita censendi & illi, qui se no
huiu

huiuſce ſocietatis participes factos, ſtomachantur: Mirentur, licet non ſibi ad votum reſponderi, cum vitam quoq; cælibem vel inculpatam agant: Hæc enim accidentaria omnino eſt, nec illis magnopere requiſita, nec his affectata: Ad antedicta Collegia, Eleuſinia & alia ſoli probata vitæ & caſtitatis admittebantur, à quibus etiam Nero Imperator repulſam tulit & Antoninus, vt vitæ ſuæ integritatem mundano teſtatum faceret: initiari deſiderauit: Imo Hierophantæ horum collegiorum adeo ſe caſtos ſeruare intẽti fuerunt, vt cicutæ ſucco epoto ſe impotentes & frigidos effecerint, veluti Cybeles deæ ſacerdotes ſe omnino caſtrârunt, Idem feciſſe & noſtro tempore nonnullos ex illis qui Curios ſimulant & Bachanalia viuunt, non tam caſtitatis amore, quam formidine pœnæ in quam inciderent proletarii: At virginitas, quæ mancis & mutilis adeſt, non eſt voluntaria ſed coacta; ita nec quæ frigidis & impotentibus: Quæ verò voluntaria eſt, vrit & malos affectus animo & corpori infligit, vnde illud Medeæ: Quid in hoſpite regia virgo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Vreris & thalamos alieni concipis or-
bis:
Sed trahit inuitam noua vis, aliudque
cupido,
Mens aliud ſuadet, video meliora, pro-
boque
Deteriora ſequor:

Vnde apparet, in cæl. batu non omnẽ integritatis notam poſitam, nec eũ eſſe cauſam primariam, cur quis in ordinem huiuſce fraternitatis el gi debeat: Nam ipſi teſtantur & eſſe inter ipſos maritatos liberis nõ deſtitutos, quib. tamẽ hęc arcana nõ magis, quam alijs peregr nis inhabilib. concedi teneantur: Deinde non ſolum modo doctrinam reſpici, inde patet quod & pictores, aliosque ſibi adiunxerint, alias morũ ſeueritate & ſilentio probatos: Vnde teſtantur, ſe longo vſu & reſpectu primũ inquirere in vitam illorum quos electuri ſint: Fieri quoq; ſolet eiuſmodi electio, vt quarta eius ſocietatis lex habetur, nõ votis cõmunib. ſed vniuscuiuſq; priuatim, quocirca quod à toto ſodalitio quis non ſit acceptus, id illi imputari nõ debet, ſed ei, à quo gratiam illam accipere potuit & nõ accepit; qui cum ſi

inco

incognitus & indefinitus, talis quoque reprehendi tenetur: Accusant itaq; talem, quem non nouerunt, & qui absque culpa est, cum ipsi magis impudentiæ accusandi & rei faciendi sint.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Quidam eandem ob causam Fraternitati Epistolas mittunt, quibus se vel recipi in eorum numerum vel ægros curari, vel visitari certo loco aut ad postulata sibi responderi exoptant, quod cum non fiat, En alia porta ad calumnias aperta est.

OCcurrũt & alij, q̃ quasi ex cõtractu cũ Fratern. R.C. agere contendũt, nẽpe ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

promiſſo, quod videtur in debitum cadere: Cum enim dicti fratres promiſerint, ſe theſauros ſuos alij gratis obferre & his ſimilia, hinc vocati adſuos cum ſuis Epiſtolis emiſſitiis, quibus invitant eos adeſſe vt veniant, vel curent ægros aut alia præſtent; quid cum non fieri videant, bilis cauſam ſibi motæ non celant, ſed coram omnibus illos mordent & dente Theonino rodunt: Sed hi boni conſiderare deberent, multa cadere inter calicem ſupremaque labra, hoc eſt, contingere inter ſcriptam epiſtolam & datam reſpõſionem; Nam forte illa ſcripta eſt & non oblata, & hæc data, & non recepta: Locorum diſtantia, perſonarum abſentia, occupatio & cautio, rerum grauitas vel levitas nimia, aut ſimulatio vnius & diſſimulatio alterius ſcientiæ deſiderium prætenſum, Plutonis vero vel Pluti donum intellectum, plurimum in hoc negotio excuſationis poſtulant: Non omnis ad omnia omnibus horis eſt paratus: Tempus vt mutatur in omninunc, ſic omnes res humanas mutationi ſubiicit, vt à ſeipſis differant: Hinc ſi epiſtolas dictorum non recipiant vel reſponſione dignetur, illi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

lli non videntur in cauſa: Deinde hi ipſi per ſe ſcire poterunt, eſſe eorum munera gratuita, obferentium non accipientium merito aſſcribenda, quomodo igitur invitari poterunt ad ea, quæ forte ex invitantis aſtutia magis, quam ſinceritate prætexuntur, & cum aliorum periculis coniuncta ſint: Vulpeculæ reſponſum Leoni datum multis in mente eſt, vt aliis inſidiæ leonis, qui ſe ægrum ſimulabat: quia me, reſpondit illa, veſtigia terrent plurima te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum: At demus nil ſimulari ex dictis eſſe morbum Chronicum in cuiuſdam corpore; verum quis ſcit an non idem aurigînem patiatur in mente? An non videre cupiat galgulum auem, antequam emat, quâ ſaltem visâ, affectus eo morbo liberari dicitur? Nam, vt inquit Poeta.

Tuta frequenſque via eſt, ſubamici fallere nomen,
Tuta frequensque licèt ſit via, crimen habet.

Tot ſunt inſidiarum modi, tot fraudũ latebræ & vitiorum ſub virtutum laruis deprehenſiones vt non ſit tutum fidere, niſi videatur, cui; Legimus quoſdam ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

conviuia inuitatos, morte ſua ſymbola luiſſe; ſcimus quoque medicos à Cyclopib. quibuſdam male tractatos, & pro ſanitate curata carceribꝰ incluſos: hæc & his ſimilia cautos illos abſq; dubio reddunt, vt nõ cuilibet ad votum adſint, cũ nõ ſint mercenarii, ſed gratuiti: Neſcio an repræhẽdi an laudari magis debeat Hippocrat. Cous ille medicus, qui ab Artaxerxe Perſarũ rege humaniſſima epiſtola multis ampliſſimis promiſſis plena invitatus, vt ad ſuũ filium curandum accederet, ipſi inhumaniſſime reſpondit, ſe ad barbarũ nõ venturum, ſed ſolis Græcis medicinã facere: Forte plus lucri & laudis habuiſſet eiꝰ obſequiũ, quã tãtę ſeveritatis rigor & prępoſterus patriæ amor, ſi per leges licuiſſet; Non opinor; tale quid prætendere Medicos illos Germanos contra Germanos attamen tutos viuere volentes poſſe contra incognitos perſuasũ habeo, Hippocrates recuſauit diuitias & honorẽ ꝓpter amorẽ patriæ, quod filius eius Theſſalus Atheniẽſibus quoq; prædicat, hi fratres propter ſecurita ẽ nõ adſunt omni petenti: Forte horum cauſa ponderoſior, quã illius: Ad hæc philoſophi nolũt, vt aliquis clara voce

ſib

ſibi ipſi in loco ſecreto loquatur, aut tanti artificii ſeſe conſcium vel materiam & operandi modum ebuccinetur, ne forte quis ex inſidiis ſtans vocē eius intercipiat: Quod nō abſq; causa ſtatuitur, ſane artifices ante dicti, vt ſe reuelent & exponant oculis deſiderantium, à nullo, niſi improuido invitantur: Quis enim putet, tales (vt nunc eſt auri ſacra fames) à curatione morbi alicuius, ad aperienda arcana potiora ſua, nō ſolicitari, rogari, ac deniq; cogi poſſe? Quid Daultono Anglo evenerit, Kelleo & aliis, in multorū eſt memoria: Multi illius apud Euripidem ſentēt æ ſunt aſſeclę, ſi ius vitādum eſt, &c. Arnoldus & Lullius ad Papam, reges Neapolitanum & Anglicum liberè cum medicinis ſuis; iuerunt; ſed interdum Virgiliani hîc non negligenda eſt admonitio, quæ ſic habet:

Qui legitis flores & humi naſcentia fraga
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Multa enim teguntur, quæ cū veneno in lucē erumpūt, vt ſunt viperæ & ſerpē es à quibus cauendū cuiq;, qui ſecurior e virę ſemita incedere cupit: Quid grui mediæ

mercedem

mercedem petenti lupus respondisse fingitur, nempe cum multa præmia pollicitus illi esset, vt osficula faucibus inhærentia rostro euelleret prælongo, nempe pro magno haberi præmio, quod ex faucibus suis ceruicem inco incolumem extraxisset: Et quę mũdana fuit gratia, agricolæ à serpente in cavitate lapidis cuiusdam intruso & præ frigore fere enecto, referẽda: Mel in ore, verba lactis, fel in corde fraus in factis plurimorum dicitur: Consultius itaque ipsis est, vt scribentes pauxillum chartæ potius perdant, quam illi sua arcana, aut iis adhuc chariora; aut alii vocem intendant ac surdas illorum aures quam vt nimio obsequio perdant suam authoritatem, eaque quid maius: Interim non est dubium eos bonis & optimè notæ viris non defuturos loco & tempore convenienti in suis necessitatibus, si id fieri possit absq; suo præiudicio aut damno.

***

CAPVT DECIMVM NONVM.

Sunt & alii deceptorio animo præditi, qui Fraternitatis prætextu pro aucupio pecuniam vtuntur, dum ſeſe eſſe ex illo ordine iactant, atque hinc dolos, imò & maleficia ſua perpetrant, qui tandem deceptores, fures aut latrones inuenti pœnis ſe dignis afficiantur.

HActenus verbis maleuolos delineauimus, nunc qui factis ipſis ſe tales præſtant, ſequuntur: Huius farinæ ſunt nonnulli ſcurræ ſeu agyrtæ, qui animaduertentes in ore & voto multorum eſſe hanc ſocietatem, inde aliquid lucelli captare præſumunt; Hinc ad rudiores, at non

non incredulos Famæ & Confessioni se conferunt, iisque aures gerris & nugis suis implent; multa magnifica promittētes, si modo sibi habeatur fides: Eiusmodi nebulonem ad virū simplicis sinceritatis mihi notum nuper venisse compertum habeo, cumq; multa deblateraſſet de quibusdam sui ingenii cōmentis, incepisse se quoque ex fratrib. vnū agnoscei, inq; societatem receptū secundi ordinis, vt fingebat; cuius essent hę cōditiones, vt ali primi ordinis inseruirent, cumque illis arcana omnia participarent, quæ tamen non exercerent ante certum tempus: Quæsiuit de multis alter ille, ad quæ ipse, vt Cerdo, qualis erat respondit, sibi datam potestatem eligendi alios in ordinem, in quē & ipsum eligere statuerat; At alter dixit se iam pridem in fraternitatem acceptū hoc modo: primo sibi fratrem Christum, deinde proximum, denique Naturam: His fratribus se contentum non appetere eiusmodi fraterculos: Quo responso taxatus nebulo abiit & suos fumos aliis vēdere quæsiuit: Huius similium facit mētionem ille ex fratribus, qui Haganoæ scriptum edidit, quorum vnus Norib. gę

alter

lter Augustæ Vindelicorum pænis sub-
ectus sit: Talis quam plures per Germa-
niã quã lata est vagari certum est: & quã-
vis Corax non pro philomela, nec bubo
oro Cygnounquam accipiatur sed, quęli-
et avis ex cantu & volatu proprio digno-
catur, tamẽ vt hi bipedum pessimi caveã-
ur, bonæ voluntatis quilibet admonẽdi
unt: Refutatione non egent tam aperti
alsarij & deceptores, sed correctione. nõ
atione, sed vt mittantur eò, vbi lapis lapi-
dem terit, vt Comicus inquit, vbi viuos
homines mortui incursãt boues, hoc est,
n pistrinum, vbi loris bubulis tractentur,
ro vt meriti sunt: Quantum hinc detre-
tationis & scandali doctissimis viris cõci-
ient homines nequissimi, dici vix potest;
ed existimandum est, omni bono ex ad-
verso malum positum & vsum rei optimæ
rohanari abusu eiusdem: quod intelli-
gentem & constantem virum mouere nõ
lebet, qui cõsiderans causas & effectus
erũ, facile discernit ea, q̃ à maleuolis fiũt
b iis, quæ bonis solis cõueniũt: Ad aquas
impidissimas bestiæ immanes & immũ-
dæ sepissimæ confluunt ad politissimum
metallum seu marmor, muscæ; illæ, vt

fontes

fontes conturbent iuxta id, *Et liquidis immissi fontibus apros*; hæ vt læuorem & splendorem corporum contaminent & inficiant: Sed hæ palpo, illæ venabulo excipiendæ sunt, pro cuiusque resistentia aut culpa: In pingui terra præter seminata vegetabilia plurima inutilia, quæ supprimunt bonam frugem, enascuntur, in arenosa & macriore non ita; Quid hic agendum? bona à malis dignoscenda, & si fieri potest, noxia segreganda aut expectanda maturitas frumenti, à quo lolium, cardui & steriles auenæ, veluti spurij ortus legumina discernenda sunt: Est quod in ipsis floribus angit; Hinc Heliogabalus inclusisse fertur seruos & seruas cubilibus floribus refertas, eosque ipsa voluptate & odore florum torsisse: Sic Dionysus Damonem epulis regaliter instructis, at inferius minis flammarum, superius mucronis additis excepit, ne quæ fœlicitati deesset calamitas: Vt rectè dixerit Apuleius: Vbi mel, ibi fel, vbi vber, ibi tuber: Nouerunt auiculæ fruges à siliquis vel aristis separare: An igitur rationales homines bona à malis discernere soli negligent? Pecudes à ranunculis omni-

mnino abſtinent, & ſi quid noxium ſen-
rint, ad familiaria ſibi remedia, vt canis
l gramen, ceruus dictamum, muſtella
l rutam, tendunt: Multo magis, quid ſi-
vtile, quid ſalutiferum ſit agnoſcere
ebet ille, qui beſtias omnes ſuperat in-
llectu: At væ vobis deceptores peſſi-
i, qui cum laborare manibus & victum
uærere honeſte ſubterfugitis, ad eius-
odi fucos & dolos animum adiicitis;
xpectat vos vindicta Numinis, quod
rditatem ſuam pœnæ gravitate compẽ-
t: An hanc materiam veſtris ſceleribus
lliandis aptiſſimam putaſtis? Stelliones
tis & à crimine ſtellionatus non immu-
es: Si reddenda à vobis eſſet ratio vndẽ
ueritis, vt olim apud Ægyptios, an præ-
r deceptiones & dolos quicquam pro-
ceretis? Abite fuci ab hoc alueario &
bibus noſtris nil noxę pręſtate: Ite trium
erarum ſocii in rem Pelaſgam; ſcitis
id velim: non hæc meſſis eſt pro vobis,
ibus Canabina magis conuenit, quam
rea, qualis Crotone fuiſſe perhibetur,
cente ibi Pythagora: Ad hãc ſynodum
thagoricam vos nõ vocamini, ſed pro-
l hinc, procul ite prophani; Iniquum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

est, quod molimini, absurdũ, quod mendacium & exiguum, quod consequimini. Nil lucri in tam aperto facinore, nil gloriæ in tam manifesto scelere, nil fidei in facto tam incredibili : Arenam itaque nectitis & littus aratis, dum gerris Pelion ossæ imponere gestitis & nugis affectare famam : Sed nos hæc agamus : Omnes itaq; æquissimi iudices nihil hinc imputabunt illis, qui tantarum rerum abu nullam præbuere causam, sed integri vitæ scelerisque puri sunt & meritò haberi debent.

CAPVT VIGESIMVM

Quidam aliis dolis suo intenti lucro vtuntur, quibus quoque respondetur.

EIusdem census est scurra, qui nuper se missum à quodam eius societatis conscio finxit, chartamque indicem no minum

minum eorum, qui recipiendi essent, monstrauit, at impostor acerrime à viro non malo reprehensus dolique insimulatus fuit: Putauit vero homuncio hinc aliquid lucri authoritatisq; sibi conciliare, quod apud cordatos & circumspectos viros vix vnquam impetrabit: Quis enim adeo puer li ingenio est, vt h sce in tanto negotio fidem adhibeat? vt credat illis, qui vix vnquam veritati ac virtuti consuluum dixerint aut fecerint? Non est hominum doctorum & probatorum tanta raritas, vt si eorum operâ vtendum foret, circumforane s ardelionibus id inquirendum sit: At nec societatis eius fratres adeo stricte coguntur multiplicare numerum suum, vt tot & eo modo aptos sibi adsciscant: Sunt sane aliæ viæ, quibus eo pervenire possent, si opus esset: Verum quis ad nugas tam crassas, tam innes respondeat? Habeant sibi sua somnia homines phanatici, qui rem omnium pretiosissimam pro lucelli aucupio habere non detractant. Nos venerabilem illam societatem hæc omnia audire & passim obseruare nõ dubitam⁹, vnde causas habeat se instar cochlearũ, suis obscõde-

re domiciliis & expectare gratioris auræ
Zephyros: Duriores quidam fructus, vt
meſpyla & pyra, tempore ſolent miteſce-
re, adeo vt ſuauiores fiant eſui, ſic & men-
tes hominum aſſuefactione ſedantur &
mitiores affectus induunt: Malacia qua-
dam, pica dicta, prægnantes mulieres pri-
mis menſibus laborare quam plures no-
uimus, quo poſterioribus omnino libe-
rantur, ita & Vulgus nouitate rerum pri-
mo ducitur, quas poſtea non affectat: Sci-
mus nautas in mari non ſemper plenis
velis vti ſed contra tranſuerſos & laterales
ventos obliquum inſtituere curſum, do-
nec eo, quo deſtinarunt, perueniant;
Haut aliter huius ordinis fratres agere
oportet, ne rectam inſiſtentes viam plus
moræ & retardationis ſentiant, quam ſe-
ſtinationis: Temperanda eſt nimia celeri-
tas contacione & Pegaſeus volatus teſtu-
dine gradu: nec id ſint cauſa: Neſcitur e-
nim quid ſerus veſper vehat; Humanæ
conſtantiæ non fidendum, vt nec cælo ſe-
reno, Hoc facile nubibus, illa oblatis oc-
caſionibus nouam inducit faciem & alte-
ratur. Inter plurimos teretes quadrat
perpauci inueniuntur, inter angillas, lu-

po:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

pos & polypos rariſſimus eſt Rhombus aut ſcarus: Eſt hominum genus quod omnium cupit eſſe primum, hoc cauendum præcipuè, ſub optimo titulo peſſimos mores, ſub atro pallio coruinam mentem tegeris: Huius inſidiæ cautiſſimè declinandæ ſunt ſilentio huius oculi potiſſimum obfuſcandi ſunt abſentatione ſui: Non lupi plus damni ouibus, quam hæc monſtra omnibus bonis inferunt: Erucas rectã dixeris, quæ depopulantur fructus & flores arborum, hoc eſt, magnorum hominum; Sunt omnium quadrarum, quia alienis viuunt bonis: Ad hos longimanos cenſent cavendos propter multas, quæ id ſuadent cauſas: Nil intentatum relinquitur, vt honor, potentia & voluptas increſcant, etiamſiid fiat cum decremento iuſtitiæ: Virtus laudatur & alget, ac contra accumulantur opes irritamenta malorum. Patet itaq; dictos fratres ſilentii cauſas habere æquiſſimas, ne ipſis, quod Thaleti, accidat, dum ſumma obſeruent, in inferiora, quæ ante pedes ſunt, labantur: Hoc enim ſapientis eſt potiſſimum, vt ſibi ſapiat & ex alienis exemplis prævideat, quæ fugienda aut ſequen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

da ſint, ac audiat hoc vulgatum, curate ipſum.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Ex his cauſis permulti canino more lapidem mordent omiſſo iactore, hoc eſt, in fraternitatem dictam ſiniſtrè & maleuolè inuehuntur, quibus omnibus melior mens & maior diſcretio exoptanda, ac fraternitas dicta in ſuo ſilentio, cum nunquam non proximo benefaciant, laudanda & honoranda eſt.

OStendimus ergo cauſas Silentii poſt clamores à dictis fratribus obſeruati, aliunde ipſis datas & miniſtras eſſe partim præpoſtero doctorum iudicio, partim calumniis, vulgi dextrè dicta, ſiniſtrè inter-

interpretantis, aut optime facta, pessime vsurpãtis; quas cum ra issimi cõsiderent, hinc malitia bonorum hominũ præ tẽd-tur & dolus innocentium accusatur: At caninũ morem potius quam humanum & rationalem, sequuntur, dum omisso iactore lapidem mordent, præteritâ causâ, per hãc motos infestãt: Ipsi suo multiloquio sunt causæ horũ silentii, quod increpãt: Increpẽt igitur seipsos, accusent suã loquentiã, non horum taciturn tatẽ, rodant se nimis linguaces, nõ alios quasi elingues: Quid enim nõ dictũ est à fratribus; quod dici quid non factũ, quod fieri debuit? Ecõtra, quid ab aduersariis intermissũ? Qu b⁹ si q iid bene feceris, vt Comicus agit, leuior pluma est grat a, si quid nõ ad nutũ, plũbeas iras gerũt: Verũ nos ipsis meliorẽ mẽtem & sedaciores affect⁹ precamur & optam⁹, ne immaturo iudicio anticipẽt æquitatẽ, ac M dæ prodant aur culas vnà cũ stupiditate pecunia: Lõgissime n. distant Panos & Apollinis Musæ, Vulgariũ & sap entũ instituta & facta: Interim dicta Fraternitas in sacro suo, (vt indigetat) silentio non perturbanda aut molestanda est, quo arcanorũ eorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

fructus, vt hactenus, ad multos ægros, nec non bonę mentis sanos redundent: illorũ sit benefacere & male audire, quod regiũ aliquando dictum fuit: Ipsi benevolentia sua maleuolorum conatus eludant & frustrentur, aliorum secus sentientium, adiuvent & promoueant: Multorum capitum beluam potius spernant, quam curent, rideant, quam æstiment: Nulli sapienti, quod illi placet, & vice versa, quod sapiẽti nõ illi: Non moratur cul cem Elephas Indicus, nec coaxatus physignatorum Psittacus: huic enim humana vox & loquela magis est ex vsu, illis inconditi sonores & tædiosi aurium dolores: Sileant ranæ ad lampadem incensam & taceant Panes, vbi Apollo canet: Vos autem nũc vbicunque versemini fratres, appello & memores admoneo, vt quod per vos ipsos hactenus præstitistis & præstare inposterum cogitatis, effectu suo nunquam cassũ fieri sinatis, sed semper vestri similes sitis, hoc est, vt doctrina & sapientia, sic humanitate omnes alios antecellatis: Susque deque ferte susurros vulgi, & vos vestro metiamini modulo ac pede, in nullius gratiam aut odium propendentes, nisi quo

quo ad virtus & æquitatis ratio admittat: Ille vt nec facere nec dicere bene didicit, sic vos non nisi bene: Redeat fænus tam dictorum, quam factorum ad vtrosuis: Vestra est perspicacitas, non omnibus dormire, sed vobis & Musis aliquando canere benevole sentiẽtium aures mulcere: Vester est honos in incepto stadio pergere & non ante tactam metam ad carceres redire: Videmus quidem remoras vobis inijci & fatales impendere minas, at hę dfferre vt possunt, sic auferre promissa vestra nequeunt.

***

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

CARMEN ANACREONTEVM,

DICOLON,

Ad Venerabilem Societatem R.C. Panegyricum.

SIt fas mihi referre Germaniæ per oras
Fraternitatis amplas dotes latentis, arte
Hermeticâ beatæ, vos ô fauete linguis,
Non estis abditarum rerum quot imperiti:
Tu flos decusq; gentis Germanicæ benignum
Præbeto te, canoris nec non adesto metris;
Nil auribus daturum me scito sed litare
Pro more velle dictis rebusq; veritati:
Natura mater orbem gubernat vniuersum,
Velut creator illi præcepit atq; certas
Obseruat alma leges, quarum tenore cuncta
Producit, & profunda donat potentiæ vi:
Hanc si quis acriori vel cogitatione
Vel perspicaciori mentis penêtret vsu,
Arcaniorum ille fit particeps recessus:
Nec est, quod hunc latebit, quid abditi sepultum
Magnæ sinu parentis, quæ se reuelat ipsi:
Humana vita tanto negotio laborat,

Vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Vt dona, quæ teguntur reconditis latêbris,
Hinc eruat, micanti communicetq; luci:
Huic omnis orbis ætas & gens solum per omne
Se dedidit, perennis secreta quo paterent,
Inter tot at reperti fuêre pauciores,
Est veritatis vmbra quêis visa lux remota:
Et hi tulêre nomen clarissimum Sophorum:
Ægyptus hosce quondam nec non Pelasga tellus,
Et Indiæ dederunt, Brachmanidas, Magosq;,
Mystas in arte quavis & rebus eruditos:
Quin Teutonum per vrbes eiusmodi fouentur
Nunc omnium periti qui sunt scientiarum:
Assurgit insulæ mons in æquoris profundo,
Vbi propago cœli cum filia ac nepote:
Quiescit (hos videbis, si Lemnius iuuabit)
Hic congregatur agmen certis diebus anni,
Natura cui dicauit arcana si qua haberet,
Hermetis, aureata Apollinis medelas:
Sunt legibus ligati piis & vnione
Hinc se vocare fratres sueuêre fœderatos,
Fictaq; voce C.R. velut Crucis Rosatæ,
Hi sponte gratiosa morbos salute pellunt,
Ægris opemq; præstant & dextram fidelem:
O munus vniuerso quo maius hæud in orbe est,
Germana Terra salue Fraternitas Sophorum
Miraculum iubarq; cui contulit per æuum,
Quo iure digna possis felicior videri:
Tu plura dona mundo, quêis gaudet hic, dedisti:
Tu gentibus repertrix artis scientiasq;
Largita Christianis quam plurimas fuisti:

Virtute

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Virtute vosq3 macti prudentiæ sodales,
Tam moribus politis quam dote disciplinæ
Graues, quibus celebrem vos laudibus, vel vndę
Exordiar canendo: quis Herculis negabit
Encomium (quod olim dictum est cum canenti)
Germanicæve turbæ, si forte quis reportet?
Huic assero fidelis, quod non superfluum sit
Præconium merentis vel sæpius referre:
Vos ergo tot braueiis & gloriæ decôri
Insignibus, camænæ versusq3 Anacreontis
Minuta dona nutu dignemini decente:
Iasonis labores, Chirone sub magistro,
Est cura sola vobis patrare dum medelas,
Medea quas ministrat, hinc sitis assecuti:
Vos Vellus aureatum portastis è remotis
Arabiæ Fauissis in Teutonum paternas
Sedes, & id sacrâstis Mortalibus Deoq3
Fratres ter ô beatos quaterq3, vos ne dicam?
Hinc laus honosq3 crescit Diuinis, atq3 morbi
Curantur absq3 capta mercede præmiove,
Gratisque munus ægris præbetur hoc salutis,
Nil sanitate maius potest dari Braueium,
Rex pyrrhus ille Epyri cum sciret hoc, Deorum
Id muneris petebat solum locis sacratis;
Hos namque si teneret, putabat assequenda
Quæcunque per laborem vel vsibus per artem:
Fratres ter ô beatos quaterq3 vos ne dicam?
Vos vltrò visitatis ægros per ampla regna,
Et quæritis per orbem, quêis vestra liceat lux,
Ab omnibus relictos opisque opumque egenos,
Nec his dicatis vllam conatibus quietem.

Quis

Quis eloquatur Erga, quæ ponderosiora
Oportet esse vobis? veros scientiarum
Vos nucleos habetis & artium medullas;
Herbas soli, poliq; stellas notastis omnes,
Quæ conditæ potestis virtutis insit illis:
Fontes ij gemelli vobis fluunt perennes,
Arcana melle rerum præstare quêis potestis:
Fratres ter ô beatos quaterq; vos me dicam?
Vos dogmatis sacrati tantus perurit cestus
Vt codicis legatis diuina sæpe iura,
Est grata cura vobis tractare dona Diuûm
Vestæque Palladisque, Promethei atque Lemni,
Ignes focosque mirâ, Natura quam dat, arte:
Ne sacra desit ægris Medela, nec metallis.
Fratres ter ô beatos quaterque vos ne dicam?
Parerga sed vocantur postquam modò relata,
Callere sic ad vnguem quæ Fama vos reportat
Sententias vt omnes dictis suis citetis:
Hæc prima vos fatigat, noctu diuq; cura;
Nec tanta scire refert solum, sequi vel ipsa
Mandata re studetis, vt Mens manusq; fœdus
Commerciumq; factis cor atq; bucca iungant
Fratres ter ô beatos quaterq; vos ne dicam?
Subtiliora cunctis in artibus tenetis
Automalumq; formas & fictiles polorum
Orbes suis reguntur, qui motibus Mineruæ
Monstrauit, vt fabrilis fiant ab artis vsu:
Quis cæteras potesßit narrare machinarum
Strues & ingenI alti Reperta, quæ feruntur
Sacrariis recondi vestris, vt orbis olim
Hinc commodum receptet, laudem Deoq; cantet,

Fratres

Fratres ter ô beatos quaterq; vos ne dicam?
Sex vos ligare leges in ordinemq; rectum
Aptare conſtitutas Authore non negatis,
Seruare quæ iubent nil veſtram ſodalitatem
Mortalium reſultet quin in bonum, lucrumq;
Profeſſione nulla tenemini, niſi ægris
In orbe Chriſtiano fideliter mederi:
Non certa veſtis inde præſcripta, nec cucullus
Nec manſionis vna eſt cunctis premenda ſedes
Fratres ter ô beati quaterq; voſnè dicam?

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3978/A